

talis est:

Capitulum generale deductis receiptis hoc anno de bonis ejusdem Capituli remanet debens domui Cartusie 444 scutorum et 54 sol. 6 den. quae de mandato diffinitorum et per Auditores Computorum et Procuratorem Cartusie per provincias singulas distributa et assignata taxa provincia Ceuthonica scut. 22, sol. 22, den. 6.

Subscripsit: Fr. Petrus Serval scriba Capituli generalis, cum sit tamen Vicarii domus Cartusie.

Archidux cum ho-
ste prope Neoportum
infeliciter congre-
ditur.

Hoc anno die secunda Julii in festo Visitationis B. Virginis praelium illud celebre ad Neoportum Alberto Archiduci infansum nimis quorundam furore commissum est, ibi Franciscus a Mendoza Arragoniae Admirabilis captus est; sed Paterna clemens casus secundavit asperos quia nec inveniuntur Mauritio et victoria fuit ita ut merito cum Penorum duce exclamare potuerit. Si sic iterum vincimus, victi sumus, nam par utrimque caesorum numerus fuit. Et cum redisset ad obediendum Neoportanam, solvere tamen brevi debuit frustra tentato propugnaculo Isabella et insula Cassanda ut praelium istud plus estimationis Comiti Mauritio, quam fructus et utilitatis Hollandis eorumque sociis attulerit. Verum Claudius Leberlotius dum in recedentes hostes irruit tormento interimitur tanto majori cum Archiducis dolore quanto jam pauciores ejusmodi militares duces habebat, atque Gandavi ab amantissima confuge non sine lacrymis, a civibus vero non ut victus sed victor summo cum honore exceptus, quandiu enim spes ulla supererat a suis ne latum quidem unquam discessit, multaque pericula excepit, accepto etiam quamvis in maxilla vulnere bipenni, ut aiunt, inflicto. Seditiosi istam caedem non parum demeriti fuerunt qui etiam Inaskerkanos

praesidiarios contra fidem datam facto impetu parum ante conturbidarant, quam perfidiam suis vindicandam Mauritius pro exhortatione proposuit, ut semper bona causa triumphet. Vidi ego praecedenti anno cum essem Breveris in aere sanguinolentas acies quae forte hoc eventum praehum praesagebant.)

Fr. Henricus Le Frater Henricus Le Vasseur Normannus receptus fuit primo a Vasseur recipitur ad statum ad statum Donati postea 2 Julii Conversi habitum accepit a P. Arnoldo, et 3 Julii sequenti anno sub P. Petro de Leon professor attulit secum circiter 80 florenos e stipendiis suis quae maxime meruerat serviendo Patribus societatis qui sequebantur castra cum fratre Jacobo Laurens jam Donato cum quo notitiam contraxerat. Inseruit domui in officio hortularum, estque diligentissimus in frequentanda ecclesia nocte.

Annus D. Joannes a Brubesen designatus Archiepiscopus Ultrajectensis benefactor et familiaris domus Lovanien-sis monitus. Mortuus hoc anno mense septembri Coloniae Agrippinae Joannes a Brubesen I.V. Doctor Ultrajectinae ecclesiae primum decanus paulo post a Philippo II rege catholico designatus archiepiscopus; qui exorto belli adversus eundem regem incendio relicto Ultrajecto Imbricam disertit; inde vero Coloniae contendens ibidem factus est metropolitanae ecclesiae presbyter canonicus, humatus autem fuit in oedeo Cartusiae nostrae Coloniensis sepulturae officium faciente P. Theodoro Petrus Campensi ejusdem Cartusiae professo: cuius sepulchrali sacro tale insculptum visitur Epitaphium:

Anno a Christo nato 1600. 10 Septembris obiit Reverendiss. D. Joannes a Brubesen juris utriusque Doctor, ecclesiae Ultrajectinae primo decanus ac postea designatus Archiepiscopus protonotarius Apostolicus, et metropolitanae ecclesiae Coloniensis presbyter Ca-

nonneus, cuius anima requiescat in pace.

Dictus autem D. Bruchsius natus fuit Brede et votum fecisse dicitur Ordinem nostrum intrandi, unde aliquandiu habitavit in Cartusia Lovaniensi in cella E; et cum nostris ire solebat ad magnum spatiaamentum quibus semel Statutorum ignarus merendam preparaverat utebatur autem magno marsupio prout hinc moris erat. In morte autem predicta Cartusie Lovaniensi legavit mille et quingentos florenos hinc est quod non tantum in carta sequentis capituli sed etiam anni 1603 reperitur commendatus in postrema tanquam benefactor Domus Lovaniensis, quæ tunc legatum receperat.

Anno 1601 februarii undecima receptus est ad statum Conversi frater Jacobus Schellekens Lyranus corpore proceris et sanctorum industrius sequenti anno professor sub D. Petro de Leon.

Circa hoc tempus visitata fuit provincia per D. Severum Eurburum Italum Priorem domus Neapolis, ni fallor, et D. Petrum Serval professum majoris Cartusie, quos D. Petrus de Leon evocaverat e vicinis locis ut dicitur quibus etiam viaticum liberaliter suppeditavit, atque in actu visitationis super Domus absolutus fuit D. Franciscus Caveneere ab officio Vicarii et post in cubiculo hospitum. D. Joannes Broeyere Procurator quavis invitus coactus est petere misericordiam et absolutionem a suo officio quam illi fecerunt, ac instituerunt Vicarium, Dominum autem Joannem de Steelan, professum Lovanii Procuratorem.

Coram eisdem commissariis reddidit suum computum D. Petrus de Leon Procurator generalis! In quo constat, inquit, quod exposerim post ultimas meas rationes (redditas ultimo

Aprilis anni 1598) in fabrica hujus Domus Brussellensis inche-
 dendo pecunias quas numeravi Venerandis Patribus Pa-
 tribus dictae domus, ut solverent debita fabricae a praedicto
 die ultimo Aprilis anni 1598 usque ad octavum diem Ja-
 nuarii praesentis anni 1601 summam septem millium
 quingentorum octuaginta quinque florenorum et quin-
 decim stuferorum.

R. P. Petrus de Leon ab ulti-
 mo Aprilis anni 1598 usque ad
 8 Jan. recepit ex elemosynis illi assignatis summam tredecim millium
 in elemosynam sexcentorum octuaginta octo florenorum et quindecim stu-
 ferorum, computat autem quae dedit Patribus Anglis ex pecu-
 niis sibi assignatis pro illis, aut solvit Domini Valencenorum
 ad Computum mille florenorum qui assignati erant inter ele-
 mosynas suas pro illa domo ex stipendiis Domini de Hellemes

Domini de Hellemes annis de Montmorency. Hic erat autem frater Domini Ni-
 colai de Vendegies colai de Montmorency Domini de Vendegies suarum Celsi-
 tudinum in suis publicis facultatibus seu financiis supremi
 si circa annum 1597, ni fallor. Capituli et primi Comitatus Esteriensis. Fuit autem ipse Guber-
 nator Steenbergensis et Capitaneus tempore ducis Parmensis
 curavit edificari cellam in domo Valencenensi ibique aliquan-
 diu habitavit habitumque sumpsisset si valetudo permisisset,
 obiit hydropticus Lovanii sepultus in habitu Ordinis prope pul-
 pitum Evangelii in oratorio Cartusiae Lovaniensis cui legavit
 semel 400 florenos.

Quae refero ne putet lector D. Petrum de Leon dimidiam praedictae
 summae 13.588 florenorum fere expensisse in proprios sumptus.

Pro suis enim propriis expensis ordinariis et extraordinariis videlicet in itineribus eundo diversis vicibus Antuerpiam

et ad alias diversas partes pro servitio Ordinis, pro vestimentis et calceamentis tam ipsius quam famulorum et pro salario eorundem famulorum, et pro medicinis, pro carta pergamenis filo candelis portaturis litterarum, elemosynis, donativis ad promovenda negotia Ordinis, pro lotura vestimentorum, et pro aliis utensibus et suppellectilibus cellicis necessariis exposuit ad minus istis triginta tribus mensibus ab ultimis suis rationibus includendo expensas itineris Cartusie tria milia florenorum, quia domus hae Brussellensis nihil mihi ministrat, inquit, nisi pitentiam Ferdinandum unius monachi.

28 Maii 1600 solvit praedictus Pater de hunc pro portatione sedilium ecclesiae ex navi, et pro coenatione 5 florenos. Fabricatio autem fuerunt Cornaci, pro quibus Magister Comarodus de Courtray scriber nifer recepit a praedicto Patre mille septingentos triginta quatuor florenos: postea praedicto mense et anno fuisse erecta sedilia, hoc anno tamen accepit coronidem et coenotaphium in memoriam benefactorum quod tale legitur supra ostium chori.

D. O. M.

Et serenissimo Principi Alberto Archiduci Austriae Brabantiae, etc. Regis Catholici ministris ac militibus praefectis gregariis, que militibus Hispanis ob insignem eorum pietatem oblatamque ex suis stipendiis ad instauracionem hujus ecclesiae elemosynam, atque ceteris benefactoribus sacre Ordo noster Cartusienensis gratitudinis ergo aeternaeque memoriae cum Anniversario perpetuo de mandato Capituli generalis die 2^a mensis Maii pro salute animarum suarum celebrando dicavit et posuit anno 1601.

Sciat religiosus lector non eatare aliquod documentum de mandato Capituli generalis pro celebrando praedicto Anniversario,

sed dicunt seniores Patrem de Leon (si supervivisset) facile illud obtenturum fuisse. Hinc aliqui hospites religiosi hoc observantes, scilicet nos non celebrare Anniversarium singulare pro predictis dixerunt P.P. Visitoribus qui ordinaverunt ut aliquot Anniversaria ad istam intentionem celebrarentur, sed et hoc notantes aliqui predefram fuisse diem secundam Martii, ideo nos non obligari ad Agendam, quod pridie in festo S. Philippi et Jacobi non dicatur in Conventu, ergo Missa erat eo ritu celebranda quo hebdomadalis benefactorum quae quidem fuit aliquoties annuntiata ut singularis pro ipsis fabrica benefactoribus postea desit.

Illud etiam te scire volo (benevole lector) pro istis verbis positis in tabula predicta atque ceteris benefactoribus, pictum erat, Procurante D. Petro de Leon, vel fere sic quae de re commonefacti predicti Commissarii magno zelo simplicitatem Ordinis et personarum ejusdem zelantes dixerunt se non hinc ex domo exituros nisi nomen predicti promotoris de Leon de superficie tabulae aufereretur, quare superinducta fuerunt predicta verba atque ceteris benefactoribus, quae etiam refero ut sciat posteritas aliam gentem praeter Hispanorum non habere partem in predicto Anniversario aut beneficio fabrica hujus templi restauratae ne invidiose nimis nobis improperebunt recessiones et rebelliones militum quae satis hoc tempore sed post absolutum templum et adventum Alberti et Isabellae adhuc frequentiores fuerunt, nec volo invidiosum cujusdam Doctoris Lovaniensis raticinium recitare quod pro concione (mentionem hujus tabulae faciens) et calamitatis patriae dolore tactus, dixit, nam non soli fuerunt Hispani

qui ob stipendia non soluta rebellaverunt, sed etiam Germani (ut in propugnaculo S. Andreae) et Itali, qui pro fabrica hujus ecclesiae nihil contulerunt, quod Prior hujus domus Ill^{mo} Nuntio asseruit cum putaret suam gentem Italiam fuisse neglectam, nec debitum gratitudinis officium a nobis illi rependi, Italos milites Hispanis addendo in tabula, qui, ut dixi, hactenus manus adjuvantes ad promovendam fabricam non adhibuerunt, temere et ipsi saepe saepius rebellaverunt prout testis mihi est D. Laurentius Beyerlinck hoc anno: qui sic ait.

Itali rebellant. Comes etiam Fontanus qui Mediolanensium prorex fuerat renuntiatus non exiguas copias sub signis in Italia habuerat, quas novo exorto vere per Galliae fines in subsidium Archiduci misit, quae tandem mense Julio salva in Belgiam pervenerunt. Sed veterani ob non persoluta stipendia reversus imperia detrectare ac tumultuari.

Et ut hoc addam non omnes Hispanos aut nobis solis beneficisse nam et conventus Capuccinorum Generamunda edificatus

P. Rusticus in vita F. Aleacii Capuccini. in est ex elemosinis militum Hispanorum sub Archiduce Alberto dum vices potentissimi regis Hispaniarum adhuc ageret et victorias non paucas de inimicis referret, quo tempore et nostrum templum perfectum fuit; jam religiosos aliorum Ordinum mendicantium qui castra sequuntur missos facio, et manum de tabula aufero.

D. Joannes l'Apotele In festo S. Hugonis episcopi Gratianopolitani celebravit primitias suas D. Joannes l'Apotele primus professor novae Domus.

D. Joannes de Abeldeman fit Cartusianus Cum Patribus Ordinis qui accendebant ad Cartusiam profectus est D. Joannes Abeldeman nobilis adolescens Namuensis qui inservierat Legato regio Hispaniarum cum audisset a francigenis multas laudes de Cartusiano Ordine, nec requireretur multa litterarum

scientia in Cartusiano cum eisdem non multam operam dedisset, alias satis aptus scribendi peritia, iudicio, ac morum modestia gratamque vocem habet, multis annis cohabitavit Patri Vicario Cartusiae in eadem cella adiutorque illius fuit in erudienda iuventute donec domus Cartusiae combureretur tunc separati sunt, postea fuit coadjutor Procuratoris Cartusiae et Curverius nunc Prior domus Crucis; multumque movit eum ad religionem suscipiendam infelix exitus eiusdem sodalis, qui non obtenta absoluteione peccatorum in confessione desperatione se ipsum interfecit.

12 Maii obiit egregius Dominus Licentiatus Ditz de Figuosa specialis amicus et benefactor domus de Paulavi. Habuit Anniversarium et Missam de Beata.

Capitulum generale celebratum 21 Maii. Obierunt 41 monachi, 36 conversi, 4 Moniales inter quas adhuc Priorissa domus Durbonis, 4 Donati et quidam Thennicus donatus domus Sylva qui in Ordine vixit 64 annos ac omnes alios superavit: personae 88.

Sacerdotes seculares

R^{mus} et Ill^{mus} D. D. Woolfgangus a Dalberch archiepiscopus Moguntinus, Princeps Elector S. Imperii Romani electus 20 Aprilis 1582, obiit die 5 Aprilis 1601, sepultus in cathedrali.

R^{mus} D. episcopus R^{mus} et Ill^{mus} D. D. Hieronymus Comes a Rosdrasom episcopus Wadis-
Wadislaniensis
benefactor domus
Paradisi in Prussia
Lanensis et Paradisi B. Mariae in Prussia (quorum fuit benefactor)
Missam cum Agenda, habuitque praecedentibus annis in conventu Missam de Domina; postquam eum restituisse Ordini
praedictam domum Paradisi cum Cistercienses eam occupassent.

R. D. Matthaeus Abbat. R^{mus} D. Matthaeus Abouartius (S. C. licentiatus abbas S. Groleni)
lart episcopus Atrac-
batensis.

episcopus Atrebatensis habens per provincias Gothoniae et Picardiae
 missam de B. Maria, qui insignem in episcopatum administrando
 navavit operam.

Ordinatio Provinciae

Priori domus Borugis non fit misericordia, et D. Wencelaus (Pline-
 Waulse) ibidem Vicarius eat ad domum Gandavi ibique exerceat
 officium officium Vicarii (erat hic professor domus Delyphensis
 habitaveratque die in Francia, sed a biennio circiter redierat
 ad hanc provinciam).

D. Godefridus Hal-
 mael Vicarius
 hujus domus.

Rectori domus hujus (D. Godefrido Halmael) fit misericordia
 et praeficitur in Priorem dictae domus de Joannem Baptistam
 professum et Procuratorem domus Lovanii et Rector absolutus eat ad
 domum Brusellae ibique exerceat officium Vicarii ad quod erat
 multo aptior quam ad praedictum officium Rectoratus quia
 de administratione rerum temporalium nihil noverat, statu-
 torum autem peritus et zelator, nihilominus fuit magna
 altercatio inter illos duos Commissarios D. Eubulum et D. Serval.
 hic enim quietos et exemplares amabat in officio, alter et rerum
 gerendarum peritus, sed quia D. Petrus de Leon Prior hujus
 domus institutus tali viro indigebat, P. Serval cessit, qui
 tamen post aliquot annos reversus eum ad officium externum
 promovit, quod ipsemet D. Godefridus deprecatus est.

Priori domus Sylvae S. Martini non fit misericordia, et
 D. Joannes (a Novavilla) ibidem Vicarius revertatur ad domum
 suae professionis Leodii.

D. Joannes de
 Heelardt Procura-
 tor et eius coadjutor
 hujus domus.

Confirmamus in administratorem domus Hollandiae D. Eras-
 mum, qui perseveret in domo Brusellae pro sua residentia,
 singulisque annis reddat rationem administrationis suae
 P. Visitatori provinciae. Et prae Procuratorem domus Brusellae

approbamus hanc administrationem subscribens Fr. Bruno, Prior Cartusiae. Erat autem, ut dixi, D. Joannes de Steelandt professor Lovanii noviter institutus a Commissariis.

Bonorum Domus Campensis et domorum Amstelredamensis, Zwickiae et similium domorum destructarum committimus Visitatori provinciae, et cui ille commiserit qui inde subveniet paupertati Domus Lovanii donec praedicta domus restaurentur. Tam saepe hoc repetitur ut videatur communis stilus Cartusiae.

D. Joannes Sarro
Prior Diestensis
monachus et
Comventus dividitur.

Inaerito Christi natali die ea hac luce migravit D. Joannes Sarro Prior domus Diestensis ab anno 1572 et vixit laudabiliter in Ordine ultra 52 annos habens Abbatiam de B. Maria in 7 provinciis Alemanniae. Tandem factus est Pector fr. Petrus Eyckermans Zwickensis quamvis idoneus propter defectum personarum permansitque in eodem officio usque ad festum M. Magdalene quando cartam Capituli receperunt in qua sic habebatur:

Divisionem domus Diestensis donec antiqua domus restituta fuerit committimus Visitatoribus provinciae. Et instituimus in Administratorem dictae domus D. Theodoricum Procuratorem domus Sophiae (scilicet a Stomp Wijk professum domus Diestensis) cui pro sua residentia assignamus domum Leodii vel si sine periculo fieri possit antiquum monasterium (scribit tamen se eo anno mansisse Lovanii cum suo adiutore Petro Eyckermans).

Priori domus Gandavi non fit misericordia et D. Orto (scilicet Henricus Amelius professor domus Leodii) ibidem Vicarius eat ad domum Lovanii, ibique exerceat officium Procuratoris additionem praefatam approbamus subscribens fr. Bruno, Prior Cartusiae. Cum via haesisset ibi per hebdomadam V. Prior D. Hercules Prior domum rediens illum ad domum Lyranam dimisit cum blandis verbis et promissis delinens et asserens eum sibi grativum

quam qui hoc prouerassent (suspiciabatur enim sibi emulum suscitatum ab adversariis) et jam Visitator constitutus promissit eum ad altiora promoturum quod et fecit.

Hoc anno D. Antonius a Fine professor domus Lycei et Prior Gandavi rediit Lyceam factus ibidem Vicarius, et D. Joannes Barba restitutus Prior.

D. Petrus de Leon
secundo Prior
hujus domus.

Priori domus Brussellae (D. Arnoldo Flavens) ad suam magnam instantiam fit misericordia, et praeficimus in Priorem dictae domus D. Petrum de Leon Procuratorem generalem in Curia Brussellensi, cui plurimum commendamus novi claustrum fabricam et praecipue clausuram domus et subventionem piam Monialium Brugis. Et Prior absolutus eat ad Visitatorem provinciae Rheni, qui ipsius opera utetur ubi et in quo videlicet expeditur. Et D. Joannes (Brogerius) Vicarius ejusdem domus (recenter a P.P. Commissariis institutus eat ad domum Brugis, ibique exerceat officium Vicarii.

Quam patienter
absolutionem ab
officiis pertulerit
et quam bene hac
quiete usus fuerit
P. Arnoldus Flavens.

Ad hanc mutationem quis non obstupescat ecce D. Arnoldus Flavens doctor S. C. Visitator Provinciae et Prior in regia urbe quamvis praesens in Capitulo generali ab omnibus officiis absolutus et extra provinciam emittitur? Qui propter tantam defectionem non est contristatus contra Deum aut Ordinem, quippe jam pridem in Societate Jesu edoctus istas mutationes officiorum et vicissitudines rerum subire quas etiam ipse in officio Visitatoris constitutus multas praeter consuetudinem Ordinis nostri fecerat, de quare tantum illum insimulari audivi, et quod consuetudines et caeremonias Ordinis nostri non satis addidisset. Missus autem fuit a Visitatore provinciae Rheni ad domum hincmundanam, ibi inertis otio aut inutili tristitia se non dedit, sed optatum

sabbatium assecutus historiam cædis, aut ut verius dicam, martyrii Patrum ac fratrum nostrorum, qui ibi ante 30 annos occisi fuerunt, conscribere aggressus est, ad quod invitabat et paries sanguine eorum adhuc conspersus, et R^m D. Henrici Cuyckii secundi istius urbis episcopi exoptatio: ita ut V. P. D. Arnoldus hanc absolutionem beneficii loco habuerit, ac videtur non sine Numinis providentia ei contigisse ut horum Martyrum historiam in lucem proferret aliisque opuscula commentaretur, quæ sub finem vitæ excludi curavit ac non minime hanc provinciam illustravit, Deus quippe ininus schalde a sancto Jacob visus est per quam angeli ascendebant et descendebant, sed audiamus ipsum R. Arnoldum perorantem.

Ad historiam Martyrum Ruricomundensium conscribendam mea etiam me incitavit et accendit devotio: cum enim in loco isto talia conspicerem crudelissima cædis relicta vestigia, atque eximia patientiæ Patrum nostrorum exempla non potui me reprimere quin arrepto calamo ad gloriam Dei et Ordinis nostri honorem id libens præstarem, quod a me fere quodam, qui Cartusianus essem, postulari videbatur. Præsertim quod Deus nobis hæc sancta oia fecisset, ut vestra gratia ac benevolentia hoc beneficium consecutus essem, et liberatus ab omnibus curis et distractionibus externis quiete fuere, et solitudini rebusque spiritualibus ac sacris studiis meis hactenus propter rerum temporalium occupationes, quibus Piores ut plurimum distrabantur, intermissis liberius possem vacare. Quo nomine mihi gratulabar, lætabarque in Domino. Plus enim beneficii mihi præstitit B. P. V. quod me tam gravi sarcina, præsertim Visitatoris provincie exonerasset (sit honor iste

pene, alios) quam R. P. D. Joannes Michael predecessor vester
sanctae memoria vir totus spiritualis ac Divinus dum Visitato-
ris onus humeris meis imponere et toto illo tempore, quo
ipse Ordini praefuit me subire voluit. Sic ipse in epistola dedi-
catoria praefixa martyris Kuzemundensium.

Sed nec ad impropria aut amicorum adulationes stulte quidquam
locutus est. Frater Thomas donatus diviso conventu Diessensi forte
domum redierat quando P. Arnoldus reddita ratione de statu
domus hinc discedebat, ausus fuit bono Patri exprobrare se
ab eo dimissum iam regredi domum, et illum abire: amice
et patienter respondit et quasi fatvi culpam suam, cepit
se aliorum delationibus circumventum aut nimium
credulum fuisse ac persuasum fuisse ut hoc faceret,
prout ipsemet frater Thomas mihi retulit, cui antea
discedendo dixerat P. Arnoldus: si essem in societate fre-
quentius de loco ad aliam personas dimitterem. se autem
et amicos sibi compatientes optimis solabatur sermonibus dicens:
quare reveremur solitudinem cellae amplecti cum Christus salvator
noster angustias vaginalis uteri novem mensibus pati non sit
dedignatus pro nostra salute, ab instanti enim conceptionis suce-
ratione usus est secundum illud prophetium femina circum-
dabit virum.

Hoc V. P. Harentio debemus quod de Reliquiis Sanctorum
nobis providerit, et testimoniales litteras reliquerit praesertim
de capitibus sodalium S. Uulke, quae quatuor habemus quamvis non integra

Copia

Octavius Dei et Apostolicae sedis gratia episcopus Calatinus S. D. N.
Domini Sisti divina providentia P. P. V. ejusdemque sanctae sedis
in inferiori Germania Nuntius cum potestate Legati de latere.

Testimonium Universis et singulis presentes litteras nostras visuris, lectu-
 Muniti Apostolici
 Octavii de Reliquiis, rioris et auditeris notum facimus quod superioribus diebus
 et capitibus undecim
 millium virginum cum Brusellis versaremur, venerunt ad nos honorabilis Pater
 que veniens a
 v. p. d. Arnoldo. frater Victor Sukanto Canonicus regularis Ordinis S. Augustini
 Domus B. Marice Viridis Vallis, cum duobus Venerabilibus
 et fide dignis Dominis fratre Michael de Riddere Priore
 Rubric Vallis Canonicorum regularium S. Augustini et
 fratre Arnoldo Ghavensio Cartusiano Procuratore Cartusie
 Lovaniensis, nobisque attulerunt et exhibuerunt videndas
 quasdam sacras Reliquias, quas ipse dum Pater esset seu
 sacellanus cujusdam monasterii Santimonialium Ordi-
 nis Præmonstratensis quod fuerat Wesaliam inferiorem
 situm erat, et toech clooster appellabatur ea incendio et
 eversione præfati monasterii per hæreticos facta eripuit, et
 conservavit videlicet quinque capita quamvis omnia non
 plane integra sacrarum Reliquiarum ex sedalitate S. Ur-
 sulæ, et undecim millium virginum, postulans a nobis opus
 rei testimonium aliquod sibi dari. Nos itaque ut prædictas
 reliquias a nobis visas non possumus aut volumus diffiteri
 ita etiam de probitate, candore et integritate prædicti
 fratris Victoris sufficienter informati, et edocti per eos,
 quos secum adductos supra commemoravimus, tenore præ-
 sentium declaramus nos de veritate earum non habere
 ambigendi occasionem, posseque pie credi sacras esse
 reliquias et devote coli ad catholicorum consolationem
 et pietatis studium promovendum præsertim cum
 dem frater Victor curaverit nobis exhiberi litteras et
 testimonium certum et sigillo munitum R. Patris fratris
 Joannis Heay Abiniotii Provincialis Ordinis Abinorum

in provincia Coloniensi, qui ut sacras reliquias esse pie credidit, ita auctoritate a Sede Apostolica ex speciali gratia concessa potestatem fecerat reliquias ex Societate undecim millium virginum seum asportandi, et de loco illo, ubi prius erant in alium locum transferendi. Huius rei fidem hoc testimonium ut petebat conscribendum et nostro sigillo confirmandum curavimus. Datum Lovanii 20 Novembris 1588.

Subsignavit Octavius episcopus Calatinus Munus Apostolicus.

Altera littera est in pergamento, cuius tenor talis est:

Nos Sirinus Coventius Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Antuerpiensis.

Testimonium Co-
ventii episcopi An-
tuerpiensis.

Universis et singulis praesentes litteras visuris, lecturis et audi-
turis salutem. Notum facimus quod Reverendus et consultis-
simus D. Gaspar a Cruce juris utriusque Doctor nobis exhibuit
quasdam sacras reliquias diversorum Sactorum praeser-
tim ex sodalitate S. Ursulae et undecim millium virginum,
quas Coloniae dono accepit, atque inde secum in Praebantiam
asportavit auctoritate et privilegio speciali Sedis Apostolicae, cu-
jus Breve apostolicum haec de re vidimus et legimus cum
certissimis testimoniis superiorum earum ecclesiarum
et monasteriorum urbis et provinciae Coloniensis unde is-
tas sacras reliquias consecutus est. Ex quibus etiam quaedam
se distribuisse et Donasse affirmabat D. Arnolds Havanensis
professo Carthusiae Lovaniensis ad augendam catholicorum
et religiosorum hominum devotionem atque pietatem:
videlicet os unum ex monasterio S. Maximini. Item
quaedam ossa ex abbacia veteris montis, praeterea ossa
quaedam ex monasterio S. Apri velgo S. Abren. Denique
ex eodem monasterio unum caput undecim millium vir-

ginum. Cumque epus rei nos testes esse desideraret, et publicum aliquod testimonium a nobis tanquam ab Ordinario loci postularret. Nos presentium tenore declaramus ita rem se vere habere, atque testimonia omnia nos diligenter examina-
 nasse, sufficienterque instructos predictas reliquias veras certasque esse reliquias Sanctorum cognovisse, iudicantes eas proponi posse et devote coli et venerari ab omnibus Christi fidelibus ad honorem Dei et Sanctorum eius, piorumque hominum consolationem et auxilium. In cuius rei fidem presentes litteras conficiendas et manu propria subscripta sigillo nostro muniendas curavimus. Datum Antwerpiae die quinta Februarii anno Domini 1590.

Subsignavit L. Correntius episcopus Antuerpiensis.
 Ordinatio Capituli

Subsidium pro renovatione et continuamus subsidium seu decessoniam restoratione Cartusiae ab anno 1596 continuatur ad biennium. Renovamus et continuamus subsidium seu decessoniam restoratione Cartusiae ab anno 1596 continuatur ad biennium. Domus Matris Cartusiae concessum a Capitulo generali anni 1596 ordinatione quae incipit Ut si Cartusia Mater pro biennio duntaxat.

Status Capituli generalis

Ex relatione Auditorum Computorum talis est:

Capitulum generale deductis receptis hoc anno de bonis Capituli remanet debens Cartusiae summam octingentorum quinquaginta trium aureorum undecim solidorum, quae de mandato Patrum Diffinitorum et per Auditores Computorum et per Procuratorem Cartusiae per provincias singulas distributa et assignata in hunc qui sequitur modum provinciae Ceuthonicae 95

Subsignavit Fr. Antonius Desmaretz, Vicarius Cartusiae.

Rinberga Calendis Hoc anno Mauritius Repberckam obtinet quamvis Bernar-
 zuki Mauritius
 sed et ultima
 quidem mensis
 obtinet. Dux Davila eam strenue propugnaret, et deinde Meursam.

Archidux ut depredationibus quae per Flandriam quotidie a Nassorianis
 fiebant occurrat celeberrimam illam ostendam obsidionem specta-
 tione diuturniorem aggreditur. Quod ubi Ordines, Anglique (quibus
 ostenda hypotheca nomine jam ante tradita erat) intellexerunt pre-
 sidium ad eum auxere numerum, ut justis exercitus speciem ha-
 beret nec tam urbs obsessa quam castra castris opposita viderentur.

In Hispania 22 Septembris in festo Mauritii regina filiam peperit,
 cui Annae Mariae Mauritia nomen inditum.

27 ejusdem mensis regina Galliae masculam prolem enixa est
 Ludovicum denominatum, qui praeditam Annam Infantem sibi
 postea matrimonio copularit.

Calendis Novembris Mauritius Syfram Ducis obsidere coepit, quam
 tamen 27 ejusdem mensis deserere coactus fuit tum ob frigus quum
 ob missas ab Archiduce copias quibus se adjuverant in tam arduo
 et difficili negotio tumultuarii Werthenses discessus hujus pudorem
 Hollandi versibus his palliare conati sunt.

Non Ducis obsessa servavit mania sybra

Alberti gladius frigida sed glacies.

Quos alii ita retorserunt:

Eam Ducis obsessa servavit mania sybra

Alberti gladius frigida quam glacies.

Hoc anno prohi admodum juvenes et ex honestis parentibus progra-
 ti habitum nostri Ordinis susceperunt a P. Hercule in domo Lora-
 niensi D. Laurentius Seriant Middelburgensis, cuius mater post
 obitum suum ipsius intactu Ordini partem mobilium reli-
 quit et vitales reditus filio.

Et D. Lucas Paludanus Antuerpiensis promotus in alio subdiaconus,

ni fallor, dedit domui annue 100 florenos, cui postea Prior profuit et economice profuit.

Obierunt in Italia 23 Decembris admodum Illustris Dominus Horatus Ruinus nobilis Bononiensis et aliquot diebus post 29 ejusdem mensis Octavius Ruinus. Merique habuit Anniversarium perpetuum per totum Ordinem.

Arduose (uti et antea) 7 Januarii anni 1602 acerrimam impressionem in Ostendam facit parvo fructu, quod obsessi a transfuga ante redditi essent certiores.

Capitulum generale celebratum 6 Maii et sequentibus.

Obierunt D. Franciscus de Quintana professor et olim Prior domus de Paulani et Commissarius generalis in provinciis Germaniae superioris et Hispaniarum hospes in domo Granatae, bene meritus de Ordine et domo nostra cuius supra feci mentionem, 53 monachi, 38 Conversi et frater Symon Mebault professor domus Parisiensis qui inservivit b. m. R. P. D. Joanni Michiel habuit plenum Monachatum, 4 Moniales, Anna Baraest Donata domus Prugensis 72 annos vixit in Ordine laudabiliter, 8 Donati: personae 103, a multis annis non fuerant tot.

Seculares

Annus in Christo Pater D. D. Archiepiscopus Barensis Nuntius Apostolicus in Sabaudia qui solebat vivens habere Missam de B. Maria in conventu sicut et post mortem a singulis.

Venerabilis vir D. Vitalis Rebolet praepositus ecclesiae S. Andreae Gratianopolitanae, Carusiae et totius Ordinis amicus habuit plenum Monachatum.

Venerabilis D. Ubertus eborus theologus Parisiensis Decanus Rhemensis.

Ordinatio Provinciae

Administrationem bonorum Domus Hollandiae committimus D. Erasmo professo dictae domus (in hac domo Bruxellensi commemoranti) nec non bonorum Domus Carthusiae quem nihil volumus serius agere nisi cum consilio et scitu Patrum Visitorum aut alterius eorum.

Praeficimus in Priorem domus Diestensis D. Theodorium (a Stomp Wyck Harlemensem) professum et administratorem dictae domus, quem hortamur ut omni studio conetur domum vigere in utroque statu. Ugitur cum tribus aliis rediit ad ruinas monasterii de Zelem ante annos 20 causti ab haereticis Diesthemium occupantibus, ecclesiamque restauravit.

Priori domus Gandavi (D. Joanni Parbae restituto) non fit misericordia, quem moneremus ut sedulo sicut incepit incumbat aedificationi domus suae maxime cellarum inde conpictive fuisse qui pulchrum illuc construxerit coenaculum quod refectorium vocamus.

Priori domus Bruxellae (D. Petro de Leon) non fit misericordia. Et D. Joannes de Steelant eat ad domum Diestensem (qua hoc anno rursus inhabitari a nostris coepit ut mox diximus) ibique faciat officium Procuratoris ibique erat Vicarius cum ecclesia tectum accepit. Causa dimissionis ab hac domo ea videtur fuisse, quia partem Magdalenae, quietem, et contemplandi studium magis amabat, quam Martha sollicitudinem parvamque verum nostrarum utilitatem habebat. Unde F. Frivorno externus et ignota lingua cooptabat recipere D. Joannem de Brocyece a sesquianno ab eodem officio Procuratoris exautoratum, et Vicarium Brugis, quem inde revocavit.

Non sine animi voluptate legi in Computo prædicti D. Jo-
annis de Steclant modico temporis quo egit in hac domo
Procuratorem incepisse restaurare parvum sacellum in
Haloventblock, pro quo construendo et tegendo dedit 21 florenos
16 stuferos sed et nuperum scripsit mihi possessores vicinarum
terrarum lubenter restorationem fuisse, prædictum sa-
cellum postea tempore P. Gisberti auctum fuit.

D. Joannes de
Steclant restaura-
tor primus sacel-
li in Scheerdt.

Insuper D. Steclant adiecit animum ad restorationem primariæ
sacelli Domine nostræ de Gratia in Scheerdt sicut tam exter-
ni quam interni Brussellæ instantè petebant quod profecti nos-
træ domus hactenus neglexerant, cum tamen ex tabulis fun-
dationis domus obligati essemus ad eisdem sacelli conserva-
tionem quod Capitulares ecclesiæ Anderlaccensis minime late-
bat, et ni fallor officii nostri cum minatione commone-
fecerant. D. Steclant B. Virgini devotus (ut ex his quæ in epus resti-
tione diximus lector benevolens cognoscere potest) hanc occasionem
propagandi cultus Divæ Virginis libenter arripuit ac Petro Volsen
Carpentariis ad computum dedit 60 florenos, et debuit forte per talem
devotum Domine nostræ famulum prædictum sacellum res-
taurari. sed est aliud notandum quod eodem tempore cepit
crebrior cultus B. Virginis Aspriicollis.

Eodem tempore
incepit crebrior
cultus Divæ
Aspriicollis.

In colle acuto quærens fuit, et in hac Divæ Virginis affixa
imago a multis retro annis culta ab incolis; quod morbis
et præsertim febri solennem et penè certam ibi medicinam
indenient. Confluebant undique cives, pagani, milites et salu-
tarem illi opem a Deo et Virgine posebant et accipiebant.
Abansit imago quercui affixa usque ad hunc annum 1602,
quo ob majorem in dies concursum per Godefridum parochum
Sichemmensem ex arbore detracta est, et in sacello modico quod

et tabulis ligneis praeter struserat rite et pie collocata. sed enim vero cum id angustum turbis (ita loquendum est, et sine numero jam conuenerant) esset: sacellum e lapide secto inchoatum absolutumque est, et Diva dicatum sacratumque ab Ill^{mo} et R^{mo} Matthia Horio Meckliniensi archiepiscopo tanto hominum e dissitis etiam locis, conventu, ut id quoque inter miranda, si non miracula, censei mereatur. Hoc factum est anno MDCIII Idibus Junio die qui S. Trinitati est sacer: et ex eo ipsa illa imaginacula ibi persererat. At quercus paulo ante consilio et decreto a stirpe excisa est: idque vel ideo quod truncus varie scisso et imminuto cum fragmenta et assulas quisque sibi peteret casum jam minabatur. Excisa itaque et Lichenium quod epus superfuit translatum. Unde quidam, et icunculas sibi fecere et pie colunt. In hoc exercitio jam plusquam 12 annis insidamus traditis nobis formis a R. P. Joanne Van Hout societatis Jesu presbytero et alios epus rei peritos diu furi, jam absque adiutorio in silentio quod magis decet, formare pergo. sed et recordor me praedicto anno 1602 in patria Leodiensi apud avunculum Dominum de Somel mense Septembri, in vacantiis studiorum existentem de praedicta Virgine Aspriolli et miraculis epus dividisse, et mense Octobri inopinata in Flandriam a matre vidua solus missus fui ut Gandavi perficerem mea studia.

Miracula quae in Aspriolle contigerunt scripsit Justus Lysius ac Ser^{ma} Habelle Infanti Hispaniarum Principi et Dominae nostrae dedicavit ac eis cum bono omni precis paulo post secuturae praefatur.

Obsecrator ille Deus jam nunc signa mittere cepit placati sui in Belgas animi aut certe placandi. Quo miracula haec nova pii prudentesque interpretes trahunt et benignitatem Numinis

sic palam et subito ostensam velut auroram esse solis illius
concordiæ et pacis mox secuturæ. Et ad Divam Virginem in
fine libri consensus sic precatur:

Divæ, quæ gentes hominum, salutis
lesules, partu recreas beato
Astra quæ pandis, veterumque novas
Tata parentum

Divæ, quæ gaudens iterare dona
trigis lapsos, trepidisque robur
Addis et terras variis periculis
Undique cinctos

Clamat hæc ætas vetus, ista clamat:
Belgica hæc Hællis Grædiisque videt
Et palam jam nunc videt in propinquo
Colle Sichemi

Hic tui vultus modica est imago
sed potens præsensque levare nosas
Quas neget curare vel Asculapi
Docta medela;

Cedit hic febris mala, cedit hydrops
claudus hic gressum recipit, sonorem
Sividus admittit, radios diei
Cæcus ab ortu.

Adstupet quisquis videt, et soluta
Voce mox laudans, precibus fatigat
Ut sibi carisque suis vicissim
Suppetieris

Divæ fac nobis, miserare Belgas:
Quos nimis sævis agitat procellis

Civicum bellum, et minatur ipsam
Mergere navim.

tu malis fessos releva, et favente
Pacis, indulge, recreemur aura;
hunc tibi laudes, Dea, dicet omnis
seus et aetas.

Pace adeptæ per inducias duodenales Albertus pius et Isabella
Belgarum Principes magnificum et vere regium a fundamentis
templum forma rotunda excitandum curarunt anno 1609 quod
anno 1621 absolutum fuit.

hunc chartam Capituli nostri absolvamus: Priori domus Sophie
non fit misericordia et D. Arnoldum (Havensium) ibidem Vicari-
um super annum institutum confirmamus ita ut non fuerit
integer anno Revocanda.

Vicario D. Monialium Brugis non fit misericordia cui concedi-
mus singulis annis 30 florenos pro suis necessitatibus solvendo
ex proventibus domus Holtandiæ cuius est professor donec aliter
paupertati Monialium provideatur.

Ordinamus ut ad domum Brussellensem advenientes, et ibi
commorantes pro suis negotiis solvant expensas suas taxandas
per Patres Visitatores: taxam autem hanc vidi scriptam per
P. Vicarium adhuc in cubiculo hospitem pendente anno 1606,
eo quod P. Priori revocaretur petere.

Ordinationes

Sub pena absolutionis præcipimus Prioribus domorum ut
servent § 14 cap. 12 2^æ Partis novæ Collectionis Statutorum de ædificiis
quem declaramus debere intelligi non de solis ædificiis sed etiam
de restorationibus seu mutationibus ædificiorum antiquorum.

Item servetur § 5 cap. 21 2^æ Partis ejusdem Novæ Collectionis: Et si

quis ad aliam domum missus per se vel per alium detulerit aliquid præter id quod habetur in dicto paragrapho sine licentia Prioris domus e qua discedit in scriptis obtenta tanquam propriarius puniatur.

Iuxta monitionem ejusdem novæ Collectionis in § 4 et § 5 cap. 24 abstineant Priores domorum a non penitus necessariis vagationibus extra domos super quas invigilent Visitatores provinciarum, et moneant R. P. ut possit oportune providere.

Subsidium pro Continuanus pro alio biennio elemosinam pice matri Cartusie anno præterito renovatam et prorogatam.

Status Capituli generalis ex relatione P. P. Auditorum Comptorum talis est: Capitulum generale, deductis receptis hoc anno de bonis ejusdem Capituli remanet debens Cartusie summam mille quadringentorum septendecim scutorum et quadraginta sex solidorum. Quæ de mandato Patrum Diffinitorum et per P. P. Auditores Comptorum et per Procuratorem Cartusie per singulas provincias distributa et assignata in hunc qui sequitur modum Provincie Leuthonie
— 30 $\frac{1}{2}$ 16 stuferi.

Subscripsit Fr. Anthonius Desmaretz, Vicarius Cartusie.

D. Philibertus 8 Junii scilicet V. P. D. Philibertus Cooman Prior domus Bru-
Cooman profes-
sus domus Brussel-
lensis Prior Bru-
gensis mortuus antiqui monasterii Procurator. Fuit Meckliniensis natione
ex honestis et divitibus parentibus natus qui hospitalis
erga personas Ordinis et quidem magnificus sese exhibebant
nam et alium filium, natu majorem Georgium in hac do-
mo habuerunt qui obiit anno 1572, et præterea Lovanii pro-
fessum Joannem qui hoc tempore in hac domo hospes habita-
bat et obiit anno 1606. Sed et ipse D. Philibertus vir spectabilis erat,

et in honore a Prælati etiam externis habitus sed plusquam simplicitas Ordinis admitteret magnificus, secularibus tamen gratus hinc viros doctos et maturos ad Ordinem suscepit Leodii de quibus ad horam gavisus est qui sibi applaudebat florem Anduenna excerpisse, qui post professionem factam ipsi negotium facessero, habetur hic libellus ab ipso collectus qui continet exercitia ad rite et devote celebrandum, quem jam a multis annis D. Joannes Blitherswick sacrista in sinu suo circumfert inseruitque illi pro libello precario.

D. Henricus Amilius dictus d'Orto professor Leodii et a prædicto P. Philiberto admissus successit ei in regimen Domus Brugensis institutus a P. Hercule Vintature Rectore secundum promissionem et spem illi factam que occasio satis commode se obtulit ut non quaereretur se ab officio Procuratoris domus honorarii amotum aut potius non admissum.

Obitus Fundatoris
domus Eboensis
in Lusitania. 29 sequentis mensis, scilicet Julii in Lusitania ad meliorem vitam migravit Ill^{mus} et R^{mus} D.D. Theobaldus a Bragança archiepiscopus Eboensis et amplissimus fundator domus Scæle Cæli princiæ Cartusie in regno Portugalie, de quo in superioribus annis egimus.

Fundamenta Refectorii facta. In domo hac facta fuerunt hoc anno fundamenta penuriarum et Refectorii.

Archidux Ostendiam premit, quam ut liberet etiam collecto in Germania ingenti exercitu Brabantiam ingreditur et non facta copia prælii recedens Graviam obsidione cingit et capit. Regi tumultuante in Hamont, et in castro Hochstretano, et sic fere singulis annis.

Ager Luxemburgensis vastatur ab Hollandis multis abductis captivis inter quos abbas cænobii S. Huberti cui

quadraginta millium aureorum lituum diserunt.

Obiit 18 Augusti Ser^{ma} D.D. Renata utriusque Bavaria Ducissa, quæ habuit Anniversarium perpetuum per totum Ordinem.

Portus Henterus Delfius rerum Burgundicarum et Belgicarum scriptor diligens Brudonopsoli in ditione Leodiensi, qui in urbe decanus collegio canonicorum præerat vivere Desiit

Amstelredami in Batavia spatio undecim mensium sexaginta amplius hominum millia extincta sunt.

L. Agidius Van Anno 1603, februarii 8 D. Agidius Blitterswyck Bruxellens-
Blitterswyck pri- sis primus Religiosorum in hac nova Domo habitu monacha-
mus Norvicius in nova Domo. li Donatus est a V.P.D. Petro de Leon, et sequenti anno sub
eodem emisit professionem

Moride au- Mense Martio Madriti in Hispania diem æternum
gestæ mors et laudatio. clausit Ser^{ma} et piissima Domina Maria, Imperatrix singu-
laris benefactrix et protectrix hujus sancti Ordinis, habuit
Anniversarium. Fuit hæc Caroli V filia Maximiliani II con-
jux et Alberti pii Principis nostri mater, quare ab eodem
illi Bruxellis parentatum. Fuit omnibus virtutibus ornata
herois, pietatis memoranda, in egenos effusa, in Deum
pia, in omnes munifica, solita ad preces diluculo sur-
gere, et quotannis duodecim pauperum pedes in cenado-
mini abluere, extergere, deosculari: e quotidianis fer-
culis duo ad captivos mittebat et frequentius angustissi-
mæ Eucharistice epulo reficiebatur eaque semita
sera tandem in celum rediit immarcessibilem gloriæ
coronam acceptura.

Isabella Anglica regina Londini obiit 4 Aprilis. Vixit annos 70 et amplius regnavit annos circiter 44 inupta aliisque dotibus. Quas omnes haeresi et catholicorum insectatione fœdavit atroci et dicturna. Successit Jacobus Scotia rex jure sanguinis. Parentes catholici, mater sancta et martyr, Magister Buccanus haereticus. Se regem magnæ Britannia dicit nempe ditione complexus totam eam latam et lautam insulam. Catholicos tamen insectari non desistit.

Obiit D. Nicolaus Huardus professor domus Capellæ quondam Prior Domorum dictæ Capellæ, Friczæ et Hollandiæ qui multis superatis laboribus 47 annis laudabiliter vixit in Ordine habens Missam de B. Maria.

Capitulum celebratum 28 Aprilis et sequentibus. Obierunt 52 monachi, 28 Conversi, 3 Moniales, 7 Donati: personarum 83; Antonius Jacobi Donatus domus Hollandiæ hospes in domo Levdii qui ultra 80 annos laudabiliter vixit in Ordine.

Obiit D. Jacobus professor domus Delphensis hospes in domo Lyrae qui ultra 58 annos laudabiliter vixit in Ordine.

Seculares.

Ill^{mus} S. D. Cardinalis Paleotus Bononiensis summus Ordinis nostri fautor maxime domus Bononiensis habens Missam de B. Maria.

Honorable D. Philippus a Vorellas civis CesarAugustanus magnus Aulæ Dei benefactor habens idem beneficium

Nobilis vir Dominus Henricus a Denstadt catholicorum patronus in Erfordt et senior senatus ibidem Cartusianorum fautor singulari.

Honestus vir Gerardus Gapperus benefactor domus Romanæ.

Ill^{ma} et R^{da} Mater Loree Spanna de Cruz abbatissa sororum discalceatarum Madrilensium habens Missam de Sanctis Angelis per totum Ordinem.

R^{da} Mater soror Anna de la Cruz ejusdem Abbatis Vicaria habens idem beneficium.

Nobilis Domina Catharina de Boung vidua nobilis J. Petri Higons Domini de Boismorand specialis benefactrix domus Majoris Cartusiae et Rosa.

In charta per Capitulum nulla prodes facta est mutatio quod a multis annis visum forte non fuit. D. Henricus Otto novellus Rector Brugensis ascenderat ad Capitulum sed neque confirmatus est in Priorem nec a Rectoratu absolutus.

Ordinatio

Insequentibus mandatum Ill^{mo} D. D. Cardinalium Congregationis Indicii Ordinamus ut omnes superiores domorum Ordinis nostri transmittant ad R. P. Indicem omnium librorum suarum domorum etiam manuscriptorum.
Cassa Provincia: 29 F - 40 superi.

8 Junii obiit D. Erasmus de Vroem professor et alias Prior domus Hollandiae Procurator bonorum Cartusiae quae habet in Hollandia hospes in domo Brussellae habens plenum monachatum sepultus est in sacello anteriori B. Mariae super cupis sepulcrum mureus interiori colloquitorii mulierum edificatus est.

31 Octobris viam universae carnis pariter ingressus est D. Judocus Abs professor hujus domus et quondam sacrista et infirmarius primus sepultus in ecclesia. Natus in Ordine circiter 44 annos.

Hoc anno Refectorium ad tectum usque perductum est.

De externis hoc tantum venit scribendum hoc anno venisse in Belgium Ambrosium Spinolam, qui postea factus est dux exercitus regii, at paulo ante interierat proelio navali frater ipsius Fredericus. Seditiosi operum Mauricii implorant, et illi

se sacramento astringunt. Hac arrepta occasione Mauritius rursus Sylvam Ducis frustra tentat.

P. Hercules Prior in Domo Lovaniensi recepit hoc anno probos et nobiles juvenes, qui suis facultatibus pauperem domus dotem auverunt:

D. Joannem Baernaige ex territorio Lovaniensi qui sequenti anno professus in festo S. Margaretae contulit 200 florenos annue, et D. Joannem d'Anthinne Huyerisem Dominum de Bavier, quod jam possidet frater meus germanus Philippus de Wal ducta cognata ipsius in uxorem, nam ipsius sorores omnes religionem intraverunt. Et quia non poterat hereditaria bona relinquere predictum scilicet feudum, amita ipsius copiosam pecuniam numeravit predicto Patri qui emit prediolum aliquod esse quo ipsos puto ultra 300 florenos annue recipere. Professus est sequenti anno in festo S. Ursulae.

Duobus diebus ante predicti restitutionem obiit Lovanii Domina Anna Dormer Angla et soror Ducissae de Feria sepulta cum matre sua in templo Cartusianorum quibus P. Hercules permisit erigi magnificentum monumentum in medio chori, cum tamen ultra 100 florenos annue non putem Cartusianos recipere pro Anniversariis earum, et parati erant officiales Ducissae preparare eis sacellum peculiare. Inscriptionem Epitaphii subjungo ut sit supplementum inopie hujus anni.

Cy gissent honorables Dames Jene Neudigate Veuve de Messire Robert Dormer et Dame Anne Dormer sa petite fille veuve de Messire Gualtier Hungerford. lesquelles sortirent d'Angleterre à scarovic ladite Dame Neudigate en l'an 1559 et ladite Dame Anne en l'an 1571 Quitant librement leurs enfans, amis et biens pour vivre en ces pays-las en la foy Catholique: ou après avoir fait autres pieuses novuy prières et escoliers Anglois réfugiés pour mesme cause

et reçu en tout honneur et réputation. La dite Dame Neudiget
est décédée en l'an 1571, et la dite Dame Anne en l'an 1603
le 19 xbre. Priez Dieu pour leurs âmes: aussi pour la santé
et prospérité de Dame Jene Dormer Duchesse Doragière
de Feria, laquelle estant fille de la dite Dame de Neudi-
gate et sœur de la dite Dame Hburgerford a fait ériger se
monument:

Hic avia exemplar morum (res miræ) facitque

Hic avia neptis suppar honore sua;

Utraque pro Christo caruit patria, idque sub aëro

Hoc, ubi pro patria est vile carere Deo:

Stirps bona, quæ melior dura sub lege fuisti

Quam sub Principibus sunt modo sæcla piis;

Si neptes avias, avia si neptibus optent

Vos ego mensuram suspicere esse precum.

Quod sequitur scriptum, est ad pedes earundem

En avia et neptis vidua, hoc sub marmore clausæ

Utraque clara domo, nobilitate, viro,

Gente fuere Anglæ, claris majoribus orta

Moribus insignes, religionis duces

Hanc illustre genus, Sydney Neudiget illam

Edidit eximius clara propago viris

Dormer majorem, stirps Hburgerforda minorem

Conjugio decorat, mente at utraque fides.

Nam fidei causa natas, patriamque domumque

Omnia linquentes hoc petiere solum.

Hic visere diu, nulli pietate secunda

Progeniem factis nobilitando piis

Vita fidem fecit, pius exitus acta probavit

Exitus optandos terque quaterque bonis

Ergo has, in terris Deus ut virtutibus auxit
 sic simul in caelis Christus utramque bect.

Domus haec visitata primo fuit per Convisitatorem provinciae Pivrem
 domus Capelle, ni fallor, et haec ordinationes per Commissarios anno 1601
 factae fuerunt confirmatae.

Contetur Epistola per b. mol. more Cartusiae.

Ordinationem de tractatu cantando Commissariorum confirmamus.

Probamus et injungimus ut de cetero Novitii laici exerceantur
 seu probentur primo in lavandis scutellis, et aliis humilioribus
 servitiis obsequiis, nec non ad purgandum et sepandum claustrum
 singulis hebdomadibus, et detur illis directorium pro exercitiis spi-
 ritualibus addiscendis, et moribus suis reformandis et componendis.
 Et haec licentia adjuncta quia Religiosi tunc carebant propriis hortis.

dicabit Religiosis exire ad hortum pomerii quem ipsi colunt
 singulis diebus tam hyeme quam aestate a prandio usque
 ad vesperras, etiam in aestate cum tempus vacat post Missas
 privatas semper tamen sub silentio.

Anno 1604 Capitulum generale celebratum in Cartusia
 die 17 Maii in quo Venerabilis Pivri hujus domus D. Petrus
 de Leon collationem habuit memoriter sicut in aliis om-
 nibus actibus conventualibus et in februario precedente ser-
 monem inter Missae solennia coram multis invitatis ad
 professionem Domini Agidii. Ise exercuerat coram Promotore
 suo ad se advocato prout nobis retulit: Hoc Pater Hercules
 (qui una cum ipso Capitulo intererat) objicit quod argumentis
 et quidem plausibilibus corrobatur Partibus conscriptis per-
 suadere ut singulis diebus Refectorium frequentaremus,

et resperi aliquot horde tribuerentur, ad meditandum; sed postea dictum est illi illud solemne; Ne transgrediamur terminos quos posuerunt Patres nostri; in descensu hujus Capituli; ni fallor, contigit non procul a Cartusia ut valedicens quibusdam Patribus calce equi percuteretur in tibia, unde ob enormiter læsum fuit quare coactus fuit Lugduni aliquot mensibus hæere in ædibus cujusdam mercatoris hispani. Multum illi Patres compatiebantur ac vices epus dolebant ex quo patet quanto in pietate et amore apud illos erat.

Obierunt 46 monachi, 21 Conversi, 3 Moniales, 8 Bonati: 78 persone, inter quos D. Petrus Limenez ex milite professor domus Crapetti anno 1570, qui in Hispaniam ob tumultus Belgicos et bellicos remissus, obiit hospes in domo Paulari,

Soror Godelieva de Bohodt Quivissa domus Memorialium Præcis quæ 57 annis, Soror Elizabetha Cabellian quæ 56, Soror Clara Davidara quæ 60 annis laudabiliter viscerunt in ordine; sed omnes superavit Joannes Ruth Donatus Cartusie qui ultra 80 annos fideliter servivit Ordini.

Seculares

Ill^{mus} et ornatissimus D'Enemondus Rabot Dominus d'Allins, etc. eques consiliarius regius in consiliis status intimis et Princeps Senatus Gratianopolitani, summus et singularis Ordinis fautor amicus et benefactor,

Nobilis vir Dominus Balthasar de Corres senator Granatensis benefactor Ordinis habens Messam de B. Maria,

Ill^{mus} D. Bartholomæus Brugnonus præses excellentissimi Senatus Mediolanensis præcipuus fautor et amicus Ordinis maxime domus Papice obiit 3 Septembris anno præcedenti,

Hll^{mus} D. Jacobus Alscotom Parcionensis benefactor Domorum
 scalæ Dei et Montis Hilaris,

Clarissimus Vir Dominus Joannes Martini benefactor domus
 Lovanii consiliarius Parlamenti Mechliniensis,

Ser^{ma} Domina D. Vincentia a Praganca Ordinis amica
 et benefactrix,

Nobilis Domina Johanna de Potier uxor Domini Nicolai
 Guignet oppidi de Monstier in Burgundia benefactrix
 Cartusie.

Ordinatio Provincie

Rectori domus Brugis (D. Henrico d'Ortho) fit misericordia,
 (quam cum lacrymis petisse visus fuerat præterito anno
 presens in Capitulo). Et præficimus in Priorem dictæ domus
 D. Joannem Baptistam Danielis propterea a Prioratu
 domus Liræ absolutum; et Rector absolutus vadat ad domum
 Monialium Brugis, hæsit nihilominus aliquot annos
 in eadem domo.

Priori domus Liræ alibi necessario fit misericordia, et præ-
 ficimus in præloreni dictæ domus D. Joannem Emmerchoven
 Procuratorem domus Lovanii cui committimus administra-
 tionem bonorum domus Hollandiæ et Cartusie Mæbris;
 quam sportulam egregie adornavit.

Priori domus Gandavi non fit misericordia, et D. Wences-
 laus ibidem Vicarius eat ad domum Brussellæ. D. Gislenus
 professor domus Gandavi, qui hic morabatur tanquam
 Procurator bonorum Cartusie et Hollandiæ remissus est
 Vicarius ad domum suæ professionis.

Priori domus Lodi non fit misericordia, et D. Berthandus
 ibidem professor exerceat officium Vicarii studeatque paci

et unioni utriusque nationis.

Rectorem domus Crapetti D. Joannem Cammacker, præficiamus in Priorem, qui non habebat multos subsequentes et D. Cornelius exerceat officium Procuratoris; inanes tituli, nam hæretici bona domus occupabant, tantum tribuebant ad victum illorum necessaria.

Priori domus Sophie (D. Antonio Van loo professo domus Hollandiæ) fit misericordia et præficiamus in Priorem dictæ domus D. Joannem Hebant Procuratorem domus Diestensis.

Priori domus Lovanii non fit misericordia, et D. Aegidius Bonnleensis eat ad domum Distensem, ibique exerceat officium Procuratoris.

Priorissam domus Monialium Brugis a R. P. institutam super annum confirmamus

Ordinatio

Committimus Patribus D. Bertrando Visitatori provincie Rheni et D. Joanni Mariae Priori domus Maggiani ut visitent Cartusiam Romanam et diligenter inquireant omnes modos et vias quibus possit satisfieri fide S. S. Domini nostri voluntati desiderantis omnes domos Ordinis contribuire aliquod subsidium ad perficiendam fabricam dictæ domus. Et mandamus Visitatoribus provinciarum Gallie, Hispaniæ et Germaniæ ut serio agant cum Prioribus singularum domorum sue provincie quid et quantum unaquæque domus habita ratione suarum facultatum possit conferre ad promotionem præfate fabricæ, et ad nos omnia diligenter quam primum referant. An hæc ordinatio effectum sortita fuerit propter subsecutam mortem Pontificis ignoro. — Casa Provincie 27 V 34 stupri

Hoc anno, mense Maio, extremum vitæ diem clausit Petrus Ernestus Mansfeldicæ Comes, qui Carolo V imperatori in Funehana expeditione insignem operam exhibuit, et anno 1543 in Belgium venit, ubi non una prefectura perfunctus aurei velleris eques anno 1546 Ultrajecti renunciatus fuit. Exinde varias de hostibus tam in Gallia quam in Belgio victorias reportavit. Luxemburgi tandem gubernatione donatus non semel interregni tempore Belgicæ habenas moderatus est. Decessit 15 Maii 87 annos natus e quibus 56 luxemburgensium Ducatum administravit, et 58 equestres dignitatis insignia detulit. Corpus in sacello sodalium Franciscanorum a se Luxemburgensi erecto conditum, et marmoreo mausoleo illatum est. Usque ad hanc extremam senectutem corpore et animo vegetus, victu sobrius, cultu magnificus, quem adhuc biennio ante vidi Luxemburgi in vi.

Consecratur sacellum Montis sancti.

Die 13 Junii qui s. s. Trinitati sacer erat sacellum B. Virginis in collegio Asperu apud Sichenium Brabanticæ oppidum a Mathia Thuro archiepiscopo Mechliniensi dedicatur.

Pedre Dicathemii sacrum diaconatus ordinem ab eodem pœcule sumpsit D. Ogidius Blitterswyck professor hujus domus.

Ut Domine nostra in Schuet tegitur.

Sacellum Domine nostræ in Schuet similiter hoc anno scabulis cooperitum fuit, atque pro opere manuario et pro omnibus necessariis solverunt officiales hujus domus 400 florenos, tenebarnæ ex tabulis foundationis nostræ ad conservationem hujus sacelli primarii.

Husa deditur Hollandis.

Mauritius Casandam Insulam occupat deinde Isendikam postea exeunte Maio Husam obsidet, quam et 18 Augusti obtinet.

Seditiosorum exercitus ingentia maiestate et viciis infert.

Ex altera parte exercitus seditiosorum copiosissimus, et qui ad minus constabat sex millibus 24 Aprilis in confines Braxpensionum ad Mosam advenit, et postero die profectus versus

Congrus inde Brabantiam quam incendiis et populationibus
 pene totam vastaverunt, peragrata Harmonia mense Maio
 tandem his perfidis data est per Archiducem venia, alioquin
 Brabantiam incendio ferroque ambussissent et devastas-
 sent conditiones istae potissimum, quod Archidux intra
 bimestre proximum debita stipendia solveret. Quo pen-
 dente tempore subsisterent Ruremundae una cum obsidibus
 Comite nimirum de Fontenoy filio Marchionis de Hawet
 et quibusdam aliis, Augustino Guevara Castellano Gar-
 densi et Alphonso Davila quorum interventu et exemplo
 duo millia adversus Mauritium signa converterunt. Me-
 tuenda profecto erat eversio religionis Catholicae et patriae
 extrema perniciēs. loque proruperat eorum audacia et
 potentia ut nec Principum armis reprimi possent. Ingens
 sane scelus in Gallo et in Hispano praesentim minime
 prendum, quod is qui pro fide, pro rege, pro patria pugna-
 turus advenerat, magna vi pecunia conductus, haereticis
 se associans contra regem aut fidem ei datam, contra
 que patriam capiens Rempublicam et religio-
 nem in extremum discrimen adduceret, alius
 episcopus Ruremundensis acerrimas litteras maximeque
 efficaces ad suam Celsitudinem dedit ut hos Alteratos in gra-
 tiam reciperet non tam eorum causa, qui propter violatam
 fidem et scelera in regem et patriam perpetrata criminis
 laesae Majestatis rei iudicati, atque praescripti, hostesque
 patriae declarati et proclamati extrema supplicia merebantur,
 quam causa oppressorum totius patriae atque adeo catho-
 licae religionis, quae in discrimen vocabatur propter eorum
 cum haereticis conperationem. Tandem his et aliis modis

prædictus episcopus obtinuit, verius extorsit a sermo Principe nostro reconciliationem istorum militum quam hactenus nemo potuit impetrare: nec tantum reconciliationem ab Archiduce sed etiam gratiam, qua Deo et sanctæ eius Ecclesiæ reconciliari possent a Summo Pontifice consecutus est. Quorum equidem obstinata rebellio quo plura mala invasit, et quo maiorem ruinam patria minitabatur eo reconciliatio ista diutinis votis exoptata gratiore, precundior utiliorque extitit.

Hollandi invadunt Montem Acutum.

Verum inimicus Hollandus Huisa nihilominus fame expugnata insolentior factus (superbia enim illius ascendit semper) etiam Divis bellum inferre ausus est. Septimo enim septembris invadunt Montem Acutum in quo celebre illud sacellum Deiparae recenter consecratum (ut diximus) et tot miraculis inclytum; at paulo ante quam adventarent copie nostri de eo moniti sacram eius imaginem eorum impietati subduserunt, ut et pretiosiora quæque ornamenta sacrorumque suppellectilem. Quid illis ab eis actum facile est conficere. Id omne scilicet quod eis impietas sua suggererat. Fractæ ab eis imagines, scanna, sedes sacerdotum ad confessiones accipiendas, aliaque lignea igni tradiderunt, quem licet subiecissent ad sacellum comburendum frustra tamen id conati. Prophanis ædibus et peregrinorum tuguriis in cinerem redactis. Peregrinos quorum magna vis ad sequentis diei festivitatem confluerat spoliarunt, e quibus etiam nonnullos secum captivos abducerunt, sed hic non silendum insigne miraculum, quo Deipara ulta tunc est atrocem in se blasphemiam. Nam cum quidam miles de hostibus illis copiis equo cæco uteretur, si, inquit, vere Maria cæcis visum restituit prokinus

igitur equo isti meo idem beneficium præstet. Mirra res verissima tamen: vix impius blasphema verba finierat cum equus cepit videre miles autem cæcus factus est.

Sed et Cornelius a lapide alicubi in suis commentariis observat Hollandos post hoc sacrilegium rem multis annis prospere non egisse, ac Deum et Divam cursum victoriarum eorumdem sistitisse, et Ostendam hactenus inexpugnabilem protinus amisisse.

Ostenda dedi- 22 ejusdem mensis Septembris Ostenda post trium
tio. annorum et duorum mensium et aliquot dierum
obsidionem pertinacissimam data est Marchioni Spi-
nolæ summo exercitus præfecto nomine Archiducis
Alberti.

Ostenda eras It fatalis SpInola spInam.

Archiduces ad visendum locum profecti, quem tot clarissimorum virorum funeribus, tot artificum molitionibus, tanta æris profusione tandem exacto in castris triennio obtinuerant animo consternati sunt ac Isabella vix a lacrymis se temperabat quod tam exiguis finibus tanta pertinacia imo patientia hostis continuisset. Albertus vultu hilavioe milites ordine dispositos resalutabat quod tantis diutinis laboribus una cum ipsis defunctus esset, neve habitatoribus destitutum oppidum maneret insignia qui concedere eo desiderarent privilegia indulserunt.

Mox voto suscepto ad Aspucollem Deipara miraculis celeberrimam peregrinatione largitori Deo gratias egerunt de obtenta, quæ tanto fuit gloriosior, quanto magis laboriosa præcesserant certamina.

Subsequitur deinde pax cum rege Angliæ, ad quam

confirmandam Joannes Velascus Comestabilis per Belgium facto itinere in Angliam properabat.

Parvum cœmeterium inter ecclesiam et sacellum antèrius solemniter consecratum est adhibitis crucibus et candelis, et hujusmodi debitis ritibus a R^{mo} Mattheo Hovio archiepiscopo Abbebliniensi in vigilia Apostolorum S. Simonis et Judæ.

D. Aegidius Van Houte professor et Prior Sylvæ S. Martini vectus fuit Brusellam, ut ibidem curaretur a medicis sed paulo post mortuus est in vicinia, et in prædicto cœmeterio sepultus pridie quam consecraretur.

Circa hoc tempus obiit D. Joannes Barba professor et Prior domus Gandavi et longo tempore Convisitator provincie, post cuius obitum Conventuales elegerunt sibi in Priorem D. Arnoldum Haversensium professorem domus Lovaniensis et Vicarium Buscoduci qui fuerat non ita pridem Visitator provincie.

Circa hunc annum V. P. Prior de Leon habuit Domi picturam juvenem, Leodiensem, qui depinxit tabulatum superius in parvo ambitu, et quædam circa manus altare in ecclesia.

Vestitio S. Joannis
Blitterswyck.

Annum 1605 incipiamus a felici ingressu D. Joannis a Blitterswyck in Ordinem nostrum, qui etiam nunc partes vigiliis sacrista ac probi Religiosi agit, suumque nomen ipsomet propriis laboribus posteritati consecravit plerisque translationibus in lingua flandrica editis. Adolescens irberbis adhuc et decem atque octo annorum dumtaxat cum litteris navaret operam apud Patres Augustinianos Ordini se nostro magno affectu didicavit 29 Januarii in festo Vincentii quem pro Patrono pie colit, habitumque suscepit de manu magistri istius Prioris D. Petri de Leon; habebat in hac Domo

cognatum germanum D. Ogidium qui multis postea annis fuit Procurator, ambo Bruællenses ex honestis civibus progeniti.

Clemens VIII. Clemens VIII, quinto Nonas Martii, vita defunctus est cum Ecclesie præfisset annos 13, mensem 1, dies 3. Habuit plenum abbatatum cum psalteriis per totum Ordinem cui non male affectus fuisse videtur ex ordinatione Capituli anni præcedentis pro reparatione Cartusie Romanae, et quia ipse tempore non habuit præter eum singularem Protectorem.

Leo XI. Ad 4 Nonarum Cathedra præside caruit, quando Purpuratorum punctum tulit Etruscus Cardinalis Alexander, ut tanto præcili sufficeretur delectus, qui Leonis XI nomine assumpto, dum in operosa illa inaugurationis pompa nimium incauisset vicesimo quinto post electionem die moritur.

Nepotum unus habebat prædictus summus Pontifex nepotem in exercitu ^{promoveatur} in Belgio, Re. nostrorum Archiducum, quos certiores reddidit Illmus et ^{mae alter ne-} gligitur. R. mus D. Octavius Frangipanus Nuncius Apostolicus per Belgium dicens gratius longe fore Summo Pontifici si absque ipsius prævia commendatione nepotem a suis celebrandibus promotum intelligeret, nec abruerunt Principes sed statim donarunt eum cohorte equitum, cum qua eum vidi sequenti anno in præsidio Bastoniensi quod est oppidum Ducatus Luxemburgensis; sed non eadem fortuna excepit alterum nepotem Romæ degentem, quem multi et magni viri commendabant Papæ, ut eum dignaretur Cardinalitio gallero. Sed præ summa religione noluit, ob quam rem summe laudatur a Baronio Annalium tomo Franci tormenta explodebant et alia signa

causae edebant ob eius electionem quod esset de familia Medices, et ea parentela regina, sed brevi in lectum versa est; non nisi sequenti anno obitus ipsius Capitulo renuntiatus fuit qui habuit Monachatum simplicem ob brevitatem Pontificatus. Ad 6 Idus Aprilis Vallisoleti natus est regi filius Philippus Dominicus Victor Crucius, postremum nomen accepit quod esset dies Parasceves. Is nunc regnat.

Christophorus Fo.
cant ad Ordinem
venit.

D. Christophorus Fecant patria quoque Brusellensis filius mercatoris panni serici opulenti et nominatissimi in equo volante prope forum, adolescens et annos natus, corpore puillus, nomen Christo dedit Ordine nostro 16 Aprilis. Humanioribus litteris operam dederat Montibus Hannoveriae et philosophica studia extremis labiis attigerat, Lovanii.

secessus Ducis Ar.
shotani in Cartu-
ra Lovaniensi.

Lodici mense Aprili Comes Megensis uxor Caroli Ducis Archoetani vitae simul et erroribus (quos ex his novatoribus hauserat) terminum figit. Princeps viduus licet jam diu cum illa, quae apud Bataros vixerat ob cultus disparitatem divorcium fecerat, humanitatis tamen memore secessit non nihil Lovanium atque in Cartusia nostra in qua cellam tenebat vacuam aliquot dies egit, et cum non haberet masculum heredem ad secundas nuptias animum adiecit quas celebravit anno exeunte in metropoli Hannoveriae cum Dorotheia Croya Marchionis Hauraei maximi fautoris nostri filia, qui ut felices et fecundas experiretur pius pater et socer non defuit quia ad hanc domum se conferret Venerabilis Prioris et Religiosorum Stationes et suffragia poscens.

Paulus V.

16 Maii communi suffragio renuntiatur Pontifex Camillus Beringerus Romanus Card. tit. S. Chrysogoni ac Et dein quo solemnitas Pentecostes annua devolutione recurrebat Pontifi-

calia induit Pauli V ei nomen placuit.

Antuerpiae
imminet Mauri-
tius.

Mauritius collecto in Germania exercitu copioso, mense
Matio Ernestum Comitem Nassovium cum sex septemve
armatorum millibus versus Antuerpianam navigare et
aggerem flandricae regionis vulgo Bloequerdiscam appel-
latam perforare iussit, eo consilio ut aqua per universum
illum agrum exundante navibus pateret ad eam partem
Scaldis qua supra urbem est transitus commectusque An-
tuerpiensibus undique iter clauderetur.

igitur Comes Ernestus 17 Maii secundo vento per Scaldim
religatur, et in stato loco militem collocat. Hispani re
intellecta ex insidiis prosiliunt, et ad ducentos cadunt, cen-
tum capiunt, reliquos turpi et ignominiosa fuga ad na-
ves compellunt.

Wanda tamen propugnaculum capiunt Mauriciani.
Hinc patet quod non quantum velint valeant hostes,
Deus bonorum precibus placatus.

Mauritius spe frustratus 30 Maii exercitum in Flandriam
trahit: mox vero Ambrosius Spinola castra sua castris
Mauritii opponit. Quis non videt in quantis periculis
patria versabatur. Igitur nova tributa imperantur. Et
Casa cami- nos taxati a Statibus Brabantiae solvimus pro quolibet
norum mona-
sterii. camino lupus monasterii unum florenum simul 17.

Pace inter Philippum Hispaniae regem, Archiduces nostros
et Jacobum magnae Britanniae regem inita legationes
nobilissimorum virorum missae non tantum in Hispani-
am sed et in Belgium, in quorum adventu magna

Hastiludia expense in convivia et hastiludia factae sunt, quorum om-
Pruaellis.

nium consideratione status non abnuerunt prædicta tributa, quamvis Cretici quidam obmurmurarent propter hæc periculosa tempora.

Jam ad domus nostræ negotia stilum calamumque vertamus et novæ quasi ætatis telam ordiamur.

D. Petrus de Leon Prior hujus domus et promotor ante paucos menses sibi in Coadjutorem elegerat D. Wencelaum Plenevaux professum domus Delphensis hic hospitem, qui Prioris officio in Francia et Vicarii in hac provincia non semel junctus fuerat, eumque sedere fecit ante P. Vicarium quod Conventuales passi non sunt, et ab ipsis vocatus Visitator remisit ad stallum priorem secundum ordinem professionis, remansit tamen Coadjutor, quasi jam Procuratoris non Prioris, quem nihilominus D. Petrus de Leon misit in Cartusiam ad Capitulum generale suo nomine ut peteret facultatem acceptandi officium Administratoris xenodochii regii quod a sua Celsitudine offerbatur. Erupserat ipsemet Archidux ad R. Patrem generalem ut permitteret D. Petrum hac in re sibi obsequium præstare.

Diu studuerat dictus Pater de Leon quomodo adeptus aliqua dignitate sive abbatis, seu potius episcopi existeret, jugum P. Visitatoris, quem in cunctis fere sibi adversantem patebatur, quod non difficile factu videbatur cum haberet proceres Hispanos mire sibi faventes, voluisse tamen retinere simul Prioratum hujus domus facile apparet ex ædificiis quæ postremo fecit, nam præterito anno ædificaverat domum pro se et famulis, ut dicebatur, quam tamen facile adaptavit pro quatuor Religiosis, et hoc vere turrim in frontispicio ecclesie, unde nobilibus hic se recolligentibus prospectus fuisset in

ecclesiam et altaria ipsa, sic fama loquebatur.

Intererat, ut dicit, Capitulo D. Wenceslaus, sed et D. Hercules Visitator provinciae pro sua paterna providentia per Convisitatorem Priorem domus Capellae nominavit Rectorem hujus domus D. Gisbertum Baubusium professum domus Lovaniensis natione Antuerpiensem, quem judicabat hujus muneris dignissimum, nam spatio octo circiter annorum in cella tam constantem quam vivaciter piis et spiritualibus exercitiis incuberat, ut in eo perfectionis splendor eluceret prout ipse D. Hercules quandoque mihi enarravit, et liber quem transtulit in linguam flandricam fidem facit, vicissim Pater misericordiarum divina sua eum consolatione et gratia dignabatur, ut potens esset et alios consolari praecipue juniores et tentatos. Ad exteriora etiam non parum idoneus inveniebatur, nam aetate maturus Ordinem intraverat, et in saeculo mercatoriam exercuerat, hinc praeter linguam propriam flandricam et gallicam, etiam ceteras Italicam et Hispanicam quantum omnium usus frequens est in hac primaria civitate, utcumque callebat juvenis apparebat circiter 33 annorum, sed morum gravitate et judicio praeditus erat, et nullum aptiorem V. V. Visitatores judicabant qui rebus nostris proficeretur. Interrogatus nihilominus a P. P. Diffinitoribus quid sentiret de D. Wenceslao, respondit aliquam in consortio D. Leonis contraxisse notitiam et amicitiam cum Hispanicis, verum talem jam requiri praesidentem qui domum non tantum aedificiis, verum etiam personis pietate et morum disciplina instructis auget. Dicitur D. Joannes ab Emmeboven Prior hunc

domus Lyrae a quibusdam conventualium desideratus magis quam expletus, in aliud tempus magis opportunum nobis divinitus reservabatur. Hiciter diffinitores Capituli et ^{D. Gisbertus Bau-}sententia Visitatorum praeficiunt in Rectorem hujus domus ^{hujus Rector} hujus domus. D. Gisbertum Bauhusium supra dictum, ut sumerent experimentum de sufficientia epus neque enim aliud officium minus in Ordine exercuerat. Domino autem Wenceslao datur optio ut D. Petro de Leon adhaereat socius perinde ac episcopo, aut maneat Coadjutor domus Bruellae quoad posterius elegerit, ne excluderetur a domibus provinciae, quibus non inserviret. Capitulum generale celebratum est Gebai et sequentibus.

Obierunt D. Arnoldus Diepenbeek professor domus Ledii qui ultra 64 annos laudabiliter vixit in Ordine et D. Joannes Coursette professor domus Pontis B. Mariae qui ultra 80 annos, 53 monachi, 28 Conversi, 10 Donati, 3 Moniales quae in hac Charta Donatis postponuntur et deinceps: personae 94.

Ser^{mus} Princeps D. D. Philippus Emanuel primogenitus Ser^{mi} Principis Ducis Sabaudiae (qui in aula regis Hispaniarum dicitur obisse).

III^{ma} Domina D. Lucretia a Moncada Marchionissa de Aragona habens obissam de B. Maria in Hispaniae provinciis

Ordinatio Provinciae

Priori domus Capellae non fit misericordia et D. Rainerus professor domus Monachorum vadat ad domum Lyrae.

Priori domus Brugis non fit misericordia, quem hortamur in Domino ut paupertatem suae domus aequo animo ferat.

Priori domus Lyrae (D. Joanni Immechovio) non fit misericordia; cui committimus administrationem bonorum

domus Hollandica et Cartusica majoris.

Rectorem domus Sylva (Nanningium professorem domus leodii) a Visitatoribus super annum institutum praeficimus in Priorem Priori domus Diestensis non fit misericordia et D. Aegidius Bommelensis professor domus Lovanii vadat.

Priori domus leodii non fit misericordia, et D. Servatius redeat ad domum Cantavii.

D. Petro leoni Priori domus Brusella ad officium Administrato-
ris hospitalis regii promotus fit misericordia, et praeficimus
in Rectorem dictae domus Gisbertum Baubusium professorem do-
mus Lovaniensis. — Casa Provinciae: 33 ₣ 35 stufeni.

Recedit a domo D. Petrus de Leon accepta charta tradidit sigillum domus D. Gis-
berti Baubusio rectori fausta illi precando, (sed dubitat an ea
animo, unde colligitur homines putasse eum voluisse Prio-
ratum cum praedicto officio retinere) et ceteris rebus compositis recessit
a domo, et accepit diversorium in civitate complexis manibus D. Petrus
de Leon agebat gratias Deo quod esset liberatus de manu P. Heraulis.
sed brevi post in manus Dei incidit, habitavit in hac domo 14 annos
circiter.

D. Gisbertus, ut praedixi, dum amplexibus Rachelis fueretur trans-
tulcrat belgico idiomate R. P. Lucae Pinelli opusculum de perfectio-
ne religiosa quod Antuerpia hoc anno prodit, suppresso proprio
nomine permisit P. Heraulem Priorem epistolam dedicatorem
inscribere devotae Virgini Antuerpiensi cognomine Smidt quae
se Deo dicabat in monasterio S. Elizabethae in hoc oppido, porro ipsa

Prima elemos. pietatis et gratitudinis ergo legavit Cartusiae Lovaniensi 200 flo-
renas data P. Re-
tori Gisberto. renos et totidem huic domui ad quam regendam recenter
missus esset translator D. Gisbertus, et hoc bonum omen erat
praedecessoris vestigia e vicinis emulaturum.

Hoc anno praedones quidam qui iter ad S. Virginem Schemensem infestum habebant peregrinos spoliando, occidendoque publico officium supplicio, et in rotam aguntur.

Quin etiam hoc anno 7 Julii Diva Virgo Aspicollis longe illustrius miraculum a filio impetravit, erat Joannes Clemens Helvesius a nativitate claudus, debilis, imo monstruosa quadam facie corporis, tibiae et pedes contracti et antorsum versi in pectus, sic ut genua injugerentur et adherescerent, nec esset digitorum aut aliud immittere tanquam nativa confectione. Imo vero cavitas et velut putei apparuere sub pectore cum sanatus ille fuit. Idem in utroque femore et ventre imo jungebantur. Globosum aliquod corpus diceret nec stare nec facere ambulare. Sedere tantum et sedendo prosperare manuum aliquo nisu, quae felicitas etiam jurabantur. Audita porro fama miraculorum Divae montis Asperi petit ad eam deferri. Vectus est curru, in saxellum repsit, confessione culpas eluit, sacram hostiam sumpsit. Paulo post visus est animo collabi et dolores in omni corpore sentire, denique sudor a capite ad calces defluere. Et dum conatus egredi atque aere refici, magis increvit morbus, mansitque volens volens totum diem in vesperam. Tunc solennes Divae laudes canebantur et ipse ante aram: sentitque palam a terra se attholli, et pedes ante contractos et ligatos laxari, defici idque thorace qui relabat per vim disrupto, et statim directis pedibus suis stetit. Ipse attonitus quid alii? In tanta mutatione, animo iterum labi et corpore visus, sed erigitur, in sede collocatur, vestes tegendo adferuntur et seminalia inducuntur. Vires deinde magis magisque augescere, ipsae tibiae tenues et exesectae carne

et sanguine impleri. Alterum autem mirum: vulnus in capite ante dies 15 acceperat nec id coiserat, coivit sponte ipso illo tempore, et cicatricem accepit. Haec turbis ibi visa, haec Lovanii cum rediit, haec Brusellis et quis non concurreit? Cuidam medicos primarios et talium haud temere credulos exclamantes: Vere hanc vim et manum Dei esse. His vere verbis Hyppius in Historia Aspicollensi; Idem hanc domum adivit, et propensum animum ad suscipiendum Ordinem nostrum ostendebat. Sed postea in patriam reversus et Coloniae usque a satellite Suae Celsitudinis comitatus, accepit uxorem et filios procreavit.

Successus belli
prosperus.

Marchio Spinola Rheno flumine ponte constructo ad Keyserwert oppidum in transrhenaanas provincias exercitum duxit, et urbem Oldesaliam in Transisulana nec non Lingam cum castro expugnavit. Comes Bucquoyus autem Wachtendonck et ejus orce in Geldria potitus est.

Obitus D. Petri
de Leon hujus
domus constru-
ctoris.

V. P. D. Petrus de Leon non diu ad epta dignitate gavisus est, et parum in ea commemoratus protinus exire coactus est, illudque Davidis ad Ethai moribundis, qui in xenodochio sub ejus cura debebant, usurpare licuit. Ibi venisti, et hodie compelleris nobiscum egredi, nam eo die quo discessit a monasterio dum estu ferret diebus concularibus magnum haustum vini Hispanici haurit et protinus ferventes febres acquirit, quae brevi hominem absumpserunt. Dum pius Pater in saecularium domo sibi relictus decumbit prohibet famulis sollicite ne quid illi ministrent non permissum ab Ordine majorque illi cura inerat mori ut bonus Cartusianus quam vitam longius producere. illum tamen subinde visitavit V. P. Rector hujus domus D. Gilbertus, sed maxime

D. Wenceslaus Coadjutor quique adfuit morienti cum aliquot Patribus Minoritis. Migrat igitur ad Dominum 3 Augusti anno a Christi Nativitate 1608 venerabilis admodum Pater D. Petrus de Leon professor primo domus de Miraflores secundo Supra domus Brusellensis, Administrator hospitalis regii, Procurator Generalis Ordinis in Civitate Brusellensi, alias bis Prior hujus domus, habuitque plenum cum psalteriis Monachatum per totum Ordinem. Erat hic noster Leo gratus imprimis viris nobiles atque ipsi pene toti civitate non ignotus, sed precipue militibus Hispanis, qui in eum adeo propensi animo erant, ut non esset tam alienus a religione et pietate qui de suis stipendiis aliquid non libenter detraheret, atque in opus inchoatum ab ipso D. Petro conferret. Horum certe munificentia in nos magna fuit, quorum elemosinis domus hactenus a fundamentis incepta eversaque progressa est perducta et promotae ut haberet sacellum ad portam Ecclesiam, et circumquaque eam parvum ambitum, Refectorium cum penuario, duas cellas cum parte majoris ambitus, et domum aliam quam inhabitabant facile quatuor Religiosi, habentes singuli duo cubicula et terram unam a frontispicio templi, etc. Fuit vir non mediocri doctrina praeditus, quippe natus et educatus in Salmantica Academia, Divino munere nobis missus ad res nostras restaurandas, singulari humanitate omnes prosequabatur, modestaque se gerebat memore simplicitatis et perfectionis Ordinis sui, sella equi non aliter quam curis ornata erat quae res saeculares edificabat non minime, et in sui amorem et venerationem alliciebat. Venient aliqui postea qui eum pro merito laudabunt, ipse vitae suae seriem schedulis commendavit sed vereor eas de-

peruisse. Non tamen possum hoc silentio præterire quod a fratre Judoco Converso de ipsius pietate intellexi voluisse videlicet operarios, ut moris est apud Domesticos. Ordinis nostri, elevationi hortice in Abissa conventuali interesse, alioquin eos privabat cervisia quæ per diem ex gratia solet ipsis propinari, imaginesque Sanctorum dum otio vacabat, pingere et illuminare solitus erat.)

Visitaverat eum in morbo medicus sua Celatitudinis, qui judicavit febres esse pestilentiales et contagiosas, iridebatque suspensum pileum ex herbis supra caput illius pro refrigerio, et cum vita defunctus esset mandatum fuit P. Rectori Gisberto ex parte Archiducis ut fensus epus silenter curaret quare corpus epus summo mane a famulis ad domum delatum telluri mandavit in Capitulo contiguo sacelli B. V. Marie presente uno atque altero Religioso non sine apprehensione, et Abissa a Conventualibus pro anima epus refrigerio celebrata, tumulus quoque per aliquot septimanas nigro panno substratus fuit. Precor Deum Opt. Max. ut pro edificata hac domo ad epus nominis gloriam illum in æternacula tabernacula recipere dignetur. Requiescat in sancta pace. Amen.

Jam quis poterit explicare quot curæ et sollicitudines novellum Rectorem apprehenderint. Archiepiscopus manum mittere volebat in suppellectilem et residuas pecunias sed facile fuit ostendere eum ab Ordine non dimissum eas habebat D. Wenceslaus, quas restituere debuit Rectori utpote superiori, sed nec ipse diu in marsupio possedit, nam primarius famulus D. Petri Guilielmus qui tum absens erat rediens asseruit se tantumdem pecunie diversis vicibus defuncto Patri Domino suo concessisse ac mutuum dedisse, atque

prædictas pecunias habuit et Conventui gratiam vini negavit. Veniebant alii qui rationem dati et accepti exigebant, quibus respondebatur Religiosum fuisse et ideo pauperem. Debita tamen quæ ut Prior supradomus contraxit soluta fuerunt a suis successoribus. Unde patet non fuisse consultum ut Prior mansisset.

Hoc quoque molestia accessit novo Rectori quod inter festine curasset fieri ostium in parvo ambitu cum quibusdam cancellis ut non esset liber exitus ad anteriorem arcem. Et tamen Religiosi nonnulli habitabant adhuc in turri et ipse in cubiculo hospitum ad quem accessus debet patere quare ad quærimoniam Conventualium visitatores curaverunt amoveri. Verum iterato factus Prior concluso et consummato ambitu commodius et opportunius intentatam clausuram perfecit ac ostium posuit non amovendum.

Petrus Beets.

Domnum Petrum de Leon octavo ejusdem mensis Augusti die subsequens est alius Petrus cognomine Beets de Lovanio, pius, devotus et simplex vir, professor senior supradomus, qui 56 annis laudabiliter vivit in Ordine, nunquam officium Sacristano majoris exercuit, hisce tumultibus habitavit in domo Monialium Gosnay; multi dicunt nunquam vidisse eum iratum, et omnes qui cum ipso vixerunt, simplicitatem eius columbinam et devotionem extollere non satis sufficiunt; mirus erat B. V. Marice et Sanctorum cultor, quorum imagines omnes quas invenire poterat, colligebat et depingebat (satis scite enim noverat pingere et illuminare) aut ipsis appropriabat quibusdam mutatis, et in eorum na-

natalitius ac per octavam in suo altari exposcebat, pia
 precē et antiphona salutabat aut litanias invocabat, proha-
 ores habeo etiam nunc in libello ab ipso descriptas cum quotidiano
 exercitiis, nonnunquam cuculla ecclesiastica et stola indutus predictas
 sanctorum imagines thurificabat, quarum multas habui a Magistro
 meo D. Joanne l'Apostole, sed tam pium exercitium constanter retinere
 neglexi. Aliquando etiam dum solitarius in cella ter se hiet ageret
 exequias pro defunctis celebrabat et sepulcrum fodiendo in horto mure-
 tum fictitium suis vestibus indutum in illud dimittendo, quos postea
 extraherebat, et ob singularem ejus pietatem erga B. Virginem permette-
 batur ei in sacello Domina nostra frequentius celebrare. Uno autem
 exemplo ostendam quam grata Deo fuerit ejus devotio, rem quam
 a personis Ordinis fide dignis scilicet P. Hercule Priore, D. l'Apostole
 Magistro meo, fr. Thoma portario audiri refero. Quadam die cum
 D. Petrus esset celebraturus in sacello anteriori novae domus venit
 ad eum mulier multum afflicta et desolata petens ejus oratio-
 nis suffragia, et ut erat pius et misericors pro mulieris conso-
 latione et salute libens sacrificium Missae Deo obtulit, quo
 peracto illico mulier se sensit superna gratia respectam et a
 gravissimis pressuris et angustiis quibus coarctabatur allevia-
 tam, quapropter Deo inprimis et famulo ejus uberes gratias
 egit. Solebat etiam quibusdam exorcismis uti et aquam pecu-
 liaribus precibus benedicere et aegrotos lavare. In dictum sacellum
 nonnunquam pueros platea coegbat cum quibus fabulabatur
 prout in proverbio vulgari dicitur similis gaudet simili, et sic
 ut erat simplex malitia, cum simplicibus erat ipsius sermone-
 natio, et dum quempiam estultioreni animadverteret cum
 missum faciebat. Non praeterendum quod quamvis in
 eis quae mundi sunt simplex appareret, non tamen in

scientia Sanctorum, noveratque ad laicos sermones et exhorta-
 tiones facere; nec tantum praestiterunt epus synchrooni quosvici-
 mus majora officia obisse. Cum ante mortem aliquandiu lecto
 decubisset non tamen adeo molestus et gravis fuit servitoribus,
 noverat seipsum corda tabullato adfixa et in lectum dimissa juvare,
 et se vertere velut S. Hieronymus. Saepiusque in morbo proposcit
 sibi Venerabile sacramentum deferri, quod summa religione
 sumebat; tandem non tantum permisit sed sicut monet
 S. Jacobus induxit presbyteros ecclesiae quasi venientes ut ora-
 rent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini: cum enim
 non apparet adhuc extrema necessitas memorabile verbum pre-
 tulit dicens Melius est praevivere quam praeserviri. Cum autem vi-
 derunt astantes Religiosi eum morti appropinquare inceperunt
 legere litanias et dum persequentum esset ad Sancta Maria, ora-
 proes, pio gemitu animam in piissimae abbatris gremium deposuit
 Deo reddendam, ut pie credimus, nam plurimas orationes passim
 in libris devotionis quibus usus fuit, descriptas ab ipso vidi,
 ut in hora mortis illi adesset. Corpus telluri manatum fuit
 in medio parvi coemiterii prope sacellum B. V. Mariae, quod
 ab archiepiscopo consecratum fuisset priusquam in illud
 inferretur gavisus fuerat atque gratias egerat quo dignis
 et quietus requiesceret resurrectionem novissimam preste-
 laro. Dicunt aliqui dum sepeliretur suavem odorem
 exhalasse velut violae redolent, non tamen omnes hoc una-
 nimiter affirmant et quidam ex praecipuis qui hoc spar-
 gebant serio interrogatus dixit se non aliter ac de odore bonae
 vitae loqui interdixisse. Habuit Missam de B. Maria in 3 provin-
 ciis Gothonica, Rheni et Ricardia. Moniales S. Elizabethae nar-

rant quod ad illius instantiam prece ad Deum fusa impetraverit pluviam olivibus horti necessariam, etc.

Obitus D. Joannis Gerulphi Vicarii Cantusie Lovaniensis poetæ permaximi. Hoc anno 1609 ex hac vita migravit 12 Novembris D. Joannes Gerulphus Axellanus prope Hulstium, professor domus Lovaniensis 5 Februarii anni 1561 sub D. Petro a Mirica, receptus precedenti anno a D. Joanne Zurspel qui dedit ei præceptorum Magistrum Andream Loots etiam Hulstensem, multis annis fuit sacrista. Anno 1579 institutus Vicarius quo officio immortalis est, cum parum ante medicamento cupusdam herbae fistulam quam gerebat in tibia inconsiderate clausisset. Fuit vir pacificus, humilis et sibi rigidus, cum esset impeditioris lingue totum se scripturæ tradidit, nam erat vir Hebraicæ non minus quam Græcæ litteraturæ cognitione apprime instructus, multa volumina conscripsit carmine de vitis sanctorum et aliis Historiis et sacra scriptura. Cupus studium laudavit R. P. Bruno d'Affinques hoc epistolis:

Venerabilis in Christo Pater, laudamus pium vestrum de Ecclesia Dei bene merendi studium, et cum magna animi voluptate legimus christianam illam vestram Uraniam divina Salomonis Proverbia variis carminum genere explicantem, idque stilo tam plano et lucido ut boni et diligentis commentarii esse videatur. Damus igitur licentiam edendi in lucem tam sancta poemata, multisque Doctorum testimoniis comprobata. Dolemus hoc genus scripturæ hoc infelici aro laudari et algere, et ejusmodi ingenia ut plurimum careere ingenio, sed apud Deum gloria sua est omnium bonorum fructus, qui erit largus tot piorum laborum brabantia. Valete in Domino nostro Jese Christo qui vos et nos per preces vestras sanctas servet. Cartusie die 4 Junii - Vester in Domino Confrater.

Signat Jr. Bruno, Prior Cartusie

Cum hæc studia apud vos soleant esse in magno pretio, mirum quod typographus aliquis rem non faciat suam e merce tam laudata.

Responsio D. Gerulphi ad R. Patrem.

Grates Reverende in Christo Pater ac Domine mi de paterna me tam pie commiserante tum nihilo serius consolante dignatione, qua et frustrari meos apud homines labores doles, et apud Dominum Deum non destitutum iri mercede spondes. At quid inter hæc animi putas induisse me? Et hoc te rogem fortasse dixeris. Illud, inquam, quod Gierzi olim venit in mentem dicere et meam cogitationem subiit bona de tua erga me paternitatis affectu fiducia concepta scilicet Vivit Dominus quia petam aliquid ab eo. Rogem ergo benignitatem tuam quam humillime, ut qui me verbis consolari dignatus es re quoque solare vel hac perfacili, et qua solo nutu indigeat tuo, videlicet ut saltem Missa de Beatissima Dei Matre per totum Ordinem legendam post obitum labores meos inmodicos remuneres. Nemo me plura scriptis Poetarum vel veterum vel recentiorum extantium ----- Volui, quamvis per iniqua et mutata tempora requiri quam plurima lucubratione lectores pios Deique Ecclesiam servare.

His verbis concessit Missam postulatam R. Pater.

De iis (scilicet lucubrationibus) hæc iterum dicam me sentire quod de re laboriosa et docta ab homine amico sentiendum sit. Pro cuius pii exviti aliqua condigna mercede concedimus lubentes beneficium Missæ de B. Dei Genitrice Maria per septem Provincias Germanicæ donec ampliora Dominus dare suggesterit. Datum Cartusie 20 Septembris 1604.

Justi Lipsii Carmen ad V. P. Joannem
Gerulphum Carthusianum.

Gerulphe sanctis sancte vatis in caelis
Deo et camoenis (sed sacratis) qui vacas,
Salomoniam te interprete sapientiam
Legi libens, laetusque, fateor, et tuum
Minutus hoc in genere lumen ingeni
lumenque versus, nempe summa luce Deus
Illuxit et duxit et mentem et stilum
O te beatum vitae, et o studii simul
In hoc sacrato qui teneris carcere
Emancipatus cultui unius Dei
At nos profanum et profundum habet mare
Factatque ventis, subveni tu vir sacer
Cuiusque votis et tuorum nos juva.

Carmen D. Servatii Sasseni,
qui erat licentiatus et praeses Fori ad eundem Patrem
Qui doctum canit et sacrum poema,
sic doctus simul et sacer poeta est;
sic doctis simul et bonis probatur:
tu doctissima maximeque sacra
Dum pungis latio, Gerulphe, metro;
Non doctissimus optimusque vates
Es doctissimo et optimo cuique
Post longam merito probandus aevum?
Sic te Castalides ament beentque
Si tu Castalides ama beaque;
Illas ut decoras deus perenne
His per te obveniat, tibi per illas:

Et te posteritas easque laude
 aeternum simili simul celebrat.)

Familiaritas Do- Maxima quoque familiaritas fuit ipsi D. Gerulpho cum eximio
 ctoris D. Janssonii Domino Jacobo Janssonio, qui erat Doctor et professor S. Theologiae pri-
 um Gerulpho et alius Cartusianis. manius et praeses Collegii Pontificis, Canonius et postea decanus
 S. Petri Lovanii eique confitebatur, nam praedicti Patris tempore, cum
 necdum esset decanus frequentabat assidue Cartusiam, die noctu-
 que intrabat quaecumque volebat et se exercebat in choro saepe Reli-
 giosos praeveniens in matutinis et cum eis usque ad finem perseverans,
 vel ipsis absentibus veniebat et noctes integras in Capitulo transigebat non
 nihil sopiri se dando super mattam ante altare, ibique summo mane

D. Gerulphus con- inveniebatur a nostris atque ibidem saepe celebrabat, postea forte petierat
 Janssonii Doctoris facultatem praedicto Gerulpho confitendi quem suum Patrem vocabat, cum-
 que inquireret de ipso et diceretur esse in cella: respondit Ubique quae-
 ritur et semper in cella invenitur. Solemne illi erat primis Vesperis
 Nativitatis Domini interesse ibi cum summa gravitate et majestate
 versiculum magni Responsorii In principio erat verbum decantabat,
 ut putares iterato ex ore filii tonitruum prodire; quando autem ra-
 tione officii non potuit tam saepe frequentare Cartusiam saepe
 et libenter faciebat sermonem in vestitione et professione no-
 vitiorum. Dicere solebat: ego scio quid hauserim apud Cartu-
 sianos. Modernum spatia mentium quod modo habent amplia-
 tum multum ipse promovit, et primus cum eis deambulavit.

Marchio Spinola ex castris Bruxellas ad Archiducem pro-
 Hispaniam petiit. fectus cum mandatis in Hispaniam factis per Franciam itinere
 contendit, verum cum Parisiis regem salutasset percanta-
 tus est ab eo quamquam in Hispaniam pergeret. Suspecta fuit
 Spinolae haec regis curiositas, quare comitatum divisit et
 unam partem itinere quo se iturum regi dixerat misit.

Ipse vero cum altera a praedicta via deflexit, et primi quidem in paratas insidias insiderunt; sed cum animadversum fuisset Spinolam non adesse dimissi sunt incolumes et Spinola saluus et incolumis ad regem Hispaniae peruenit. Sic aeternae Italica delusi sunt insidiatores.

D. Joannes a Blietters. Anno 1606 in festo S. Vincentii 22 Januarii D. Joannes Blietters. Wyck profetetur; sed non respectatum fuit Wyck de quo superius egimus emisit professionem sub V. P. D. Henrico ad punctum suscepti habitus qui fuerat eule Wischelio Priore domus Lovaniensis et Visitatore provinciae anno praeterito hora 11^a vel circiter et hoc ad hoc vocato, quia P. Gisbertus non nisi Rectoris nomine gaudebat. anno professionis emissio facta fuit ante Parentes ejus (quamvis illi a pueritia uxorem destinassent filiam 10^{am} horam ante meridianam. Vide honesti civis Lomael, cujus filius postea sororem D. Joannis via Concl. Trident. sess. 24 c. 15 de Regul. quae respensa duxit in uxorem) plurimum gavisi fuerunt quod volens defectum postea rescivit sed perse liberisque se divino manciparet servitio, et quid domi contulerint veranpina rescivit. In his pro paulo post dicemus, nam hoc anno obierunt ambo, tempore Norderker arguidum. secundum Henricus filii eorum natus fuerat illis alius filius, sed parentibus risque, et alios quod parum non diu superstes fuit, et non nisi filias reliquerunt quae distat nihil distare videtur honeste matrimonio elocatae fuerunt, et una facta est bequina.

Paulo post visitavit hanc domum Priore domus Capelle An-visitator quod principalis esset hujus domus professor adjuncto sibi Priore domus Diestensis.

23 Martii Justus Lipsius rei litterariae perfectissimum columen, et Belgicae patriae ornamentum, Lovanii excessit e vita; tumulatus apud Abbatem Ordinis S. Francisci.

Ventorum pro cella. 26 Martii ingens vis venti tantaeque procella non in Germania tantum et Belgio sed in Anglia et Gallia coorta est, quae multas turres et aedificia aegrestiumque tuguria et infinitas fere arbores evertit, ecclesia nostra unius tantum fenestreae damnum sustinuit. Misera patriae facies viatoribus obji-

ciebatur, nam cum præter supradicta videres animalia tur-
guriarum mole oppressa, et mortua et excoriata jacere in
vis, ubique tecta denudata, nec transitum per vias sæpe
haberes ob arbores solo elisas, sicut mihi spectare licuit, cum
per Hannoriam iter haberem cum Domino meo.

Nec omittendum V. Patrem nostrum Priorem D. Joannem
nunc Brunonem d'Outclair hoc anno in februario venisse
ad Ordinem, et habitum suscepisse in Cartusia Vallis S. Spiritus
prope Gosnay. Erat bene Hannoniarum et servierat Domi-
nis de Maldegem in Artesia; natus hodie in Campania.

Primo die anni nomen dedit Ordini in Cartusia Leodiensi
D. Arnoldus Reghel Bruxellensis qui etiam in seculo servierat
Principibus vel etiam militiam secutus postulaverat hic et
in domo hujus, nec a D. Emmechovio Priore receptus qui postea
illum ad officia et Prioratum domus Sophia promovit, fuit hic
Procurator pacificus, accessi post eos hoc anno servus inutilis.

Professio S. Chri- 16 Aprilis D. Christophorus Tocant fecit professionem sicut
stophori Tocant. alter in presentia D. Herculis Prioris Lovanii et Visitatoris
Provinciae. Interfuit R. M. D. Carolus Masius decanus cathe-
dralis ecclesie Antuerpiensis, suarum celsitudinum magnus
elemosynarius, episcopus destinatus Hiprensensis quod esset
ex affinitate Profitentis. Pater quoad vixit dedit pitantiam
10 vel 12 florenorum in festo S. Christophori, post mortem
vero legavit domui in gratiam filii 40 florenos, ni fallor.

Hoc verno tempore res Francie ut Dominum de la Cour
Vicomitem de Chouvine se pro Sedanii Domino gerentem, rerum
contra regem ac regni statum tentatarum, et ut qui-
dam volunt Bironica conspirationis rerum, ad imperata
facienda egeret cum numero exercitu Sedanum occupa-

turus Lutetia proficiscitur. Covinus quorundam interventu
 aequas condiciones impetrat, et in gratiam recipitur. Galli-
 cus hic ad bellum apparatus diu multorum animos suspen-
 sos imprimis Archiducum nostrorum tenuit, qui in omnem
 eventum loca vicina Ducatus Luxemburgensis utcumque
 muniri curarunt, nam licet diversi essent rumores nunc
 Ducatum Luxemburgensem invadendum, nunc Castrum
 Bulloniense invadendum. Legatus tamen Gallius Brussel-
 lis degens secum Archiducem faciebat regem contra
 eum nihil moliri.

Haec de causa factum credo nullum Priorem hoc anno ad
 Cartusiam profectum fuisse, sed missus fuit frater Thomas
 portarius corpore medicus, qui desiderio videndi matrem om-
 nium aliarum Cartusiarum nihil nec longitudinem itine-
 ris nec pericula causatus libenter obedit, ob quam rem
 etiam a R. Patre meruit laudari. Verum vires non aeque
 responderunt animo, quarum defectum non potuit ad desti-
 natum diem pervenire, propterea coactus fuit epistolas
 suas tradere cuidam Priori Franco, qui eas secum ad
 Cartusiam debuit, ipse parvulatum subsequutus est. D. Her-
 cules Visitator putaverat D. Gisbertum Rectorem hujus
 domusmittere, verum transiliendo rivulum prope Schuetz
 luxaverat sibi brachium: quare aliquot septimanis a ce-
 lebratione abstinuit, sicut et P. Visitator a suo proposito, feli-
 ciori D. Gisberti fortuna, nam eidem fortassis contigisset
 quod de D. Henrico Amelio superius narravi.

Capitulum generale celebratum in Majori Cartusia 24 Aprilis
 et sequentibus.

Obierunt 30 monachi, 27 Conversi, 2 Moniales, 3 Donati: personae 62.

P. Toros et virgo Gratia Valentina tertice Regula S. Francisci de Paula ob mi-
 ram vitae puritatem, asperitatem ac sanctimoniam ab ipsamet propensum
 diu infantia Daemonum a ~~vita~~ sancto fine quievit 7 Kalendas Februarii
 anno aetatis 112, salutis vero 1606 miraculis in vita et post mortem celebris.

Protectore Ordinis
Odoardus Farnesius.

Injunctive abissa de B. Maria in conventu cantanda pro Ill^{mo} et R^{mo} Principe D. D. Odoardo S. R. I. Cardinali Farnesio protectore Ordinis nostri, et insuper ut oritur singulis Dominicis pro eo nominatum in Capitulo: quod postremum non legi fuisse injunctum pro precedentibus protectoribus. Hic autem Odoardus est filius magni illius Alexandri Parme Galentiaque Ducis et apud Belgas proregis cardinalis creatus a Gregorio XIII circa annum 1590.

Cardinalis Zapata Ordinis factor.

Primo etiam est injuncta abissa de eadem Domina pro Ill^{mo} et R^{mo} D. D. Cardinali Zapata magno Ordinis factore et benefactore. Solebat Cartusiam nostram Romanam dum in urbe ageret saepius frequentare.

Rectorem domus Brusellae (S. Gisbertum Bauburium) praeficimus in Priorem.

Priori domus Sophiae non fit misericordia, et monachi conforment se statutis in rasura et aliis observantiis, alioquin Visitatores provideant.

Ordinationes.

De cetero non concedantur participationes Ordinis nisi ad solam instantiam Priorum domorum qui manu propria fidem faciant, quod personae omnes pro quibus ipsi petunt sint bene merita de Ordine nostro et non excedant numerum quatuor personarum nominatum expressarum.

Hae ordinationes non inveniuntur sequenti anno confirmatae: observatur tamen, quoad numerum personarum, et quod postulatio fiat nomine Priorum, et obtandum quod integre et melius observaretur, ne participationes vilescant.

Sequentes decretum sacrae Congregationis super Indulgen-

tis mandamus ut omnes domus, quae habent particula-
res Indulgentias in Statutis non expressas earum exemplaria
in forma probante mittant ad Procuratorem Generalem
Ordinis in Curia Romana, idque quantocius poterunt.

— Casa Provincia: 31 V

Non expectatis Indulgentiarum nobis concessarum exem-
plaribus summus Pontifex edidit diploma de Indulgentiis
quas voluit Religionis esse concessas facta generali pra-
ecedentium revocatione, ut dubium mihi sit an gaudea-
mus Indulgentiis in nova Statutorum collatione expressis
nam Patres Societatis post promulgatum sequens diplo-
ma petierunt humiliter a sua Sanctitate confirma-
tionem suarum Indulgentiarum quam sine difficul-
tate concessit, an nostri idem fecerint, compertum non
habeo. Saltem et sequentes gratanter acceperunt, et
peculiares amici ex Cartusia nobis miserunt aut
dederunt ut D. serval et D. Joannes de Medelman.

Paulus Papa V

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in beati Petri sede constitutus, cui inter alia cele-
stis Indulgentiarum thesauri dispensandi cura incumbit, solli-
cite prospicere debet, ac solenter, ut huiusmodi Indulgentiarum
dispensatio et usus ad Dei gloriam et animarum salutem
praecipue dirigatur, et ne ex illarum multiplicitate confusio aut
inanis interpretatio exoriatur. Cum itaque circa Indulgentias
a plerisque Romanis Pontificibus Ordinibus monasticis concessas
varia dubia et incertitudines et confusiones reperiantur, visum
est nobis pro majori eorum securitate et spirituali solatio ut
Indulgentias ipsi Religionibus haecenus concessas revocavimus

ac alias particulares illis concederemus; quos personis regularibus intra claustra aut extra cum licentia tamen suorum Superiorum legitima causa illis concessa degentibus tantummodo suffragari debere declaramus.

Omnibus igitur Christifidelibus qui canonice et iuxta Ordines cuiuslibet Religionis et Constitutiones apostolicas habitum regularem a legitimis Superioribus causa profitendi in illo suscepserint, die primo illorum ingressus in ipsam Religionem si vere penitentes et confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint plenariam; cuiuslibet Novitio, qui penitens et confessus ac sacra Communionem refectus post completum probationis annum professionem emisit etiam plenariam.

Nec non cuiuslibet Religioso intra claustra sui monasterii viventi, qui in festo principali sui Ordinis confessus et sacra Communionem refectus fuerit aut Missam recitans pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, Romani Pontificis salute ac sanctae Matris exaltatione pias ad Deum preces effuderit etiam plenariam.

In cuiuslibet vero mortis articulo si pariter vere penitens et confessus ac sacra Communionem refectus, vel quatenus id facere nequiverit saltem contactus nomen Jesu ore si potuerit; sin autem corde devote invocaverit etiam plenariam.

Qui vero ad presbyteratus ordinem canonice promotus et confessus primam Missam celebrabit; nec non etiam iis Religiosis, qui pariter confessi ac sacra Communionem refecti eidem Missae interfuerint aut ipso die Missam similiter celebrabunt etiam plenariam.

His vero qui de suorum Superiorum licentia a negotiis

per Decem dies alieni in cella commorabuntur aut ab aliorum conversatione separati in piorum librorum et aliarum rerum spiritualium animos ad devotionem et spiritum inducentium lectionibus operam suam dederint, addendo saepe considerationes et meditationes mysteriorum fidei catholicae divinorum beneficiorum quatuor novissimorum, Passionis Domini nostri Jesu Christi et aliorum exercitiorum, orationum pauculariarum aut vocalium saltem per duas horas in diem et noctem orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore confessionem generalem aut annualem vel ordinariam, sanctissimae Eucharistiae sacramentum sumpserint aut Missam celebraverint quoties pro quolibet praedictorum exercitiorum plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Praeterea iidem Religiosi intra claustra viventes qui suam ecclesiam devote visitaverint et ut praefertur oraverint consequantur easdem Indulgentias, quas visitantes ecclesias urbis et extra eam diebus Stationum consequuntur in omnibus diebus prout ac si ipsas urbis ecclesias personaliter visitarent.

Omnibus item Religiosis intra claustra ut supra viventibus, qui ~~quibus~~ quinquies orationem Dominicam et toties salutationem angelicam ante altare eorum ecclesiae in quolibet die, quinquies annos et totidem quadragenas. his vero qui de suorum Superiorum licentia in itinere existentes aut extra claustra degentes tanquam praedicatorum et lectorum quinquies eandem orationem Domini-

cam et toties salutationem Angelicam ante quodlibet altare similiter dixerint etiam quinque annos et totidem quadragenas.

Nec non etiam eadem Religiosis, qui per mensem integrum singulis diebus spatio medice horæ orationem mentalem fecerint, ac confessi et sacra Communione ultima Dominica mensis huiusmodi reflecti fuerint sexaginta annos et totidem quadragenas.

Qui vero contrito corde et penitentes culpas et peccata ac imperfectiones in capitulis culparum accusabunt et spiritualiter communicabunt et exercitium virtutum facient tres annos et totidem quadragenas.

Quotiescumque autem de licentia Summi Pontificis aut suorum Superiorum in ditiones et terras infidelium aut hæreticorum ad concionandum aut catholicos docendum vel in infideles et hæreticos ipsos ad fidem catholicam convertendum, et ecclesie gremio reducendum missi fuerint, si penitentes et confessi ac sanctissima Communione reflecti fuerint, vel Missam celebraverint ut melius ad huiusmodi opus sese parare valeant pro duobus vicibus videlicet quando itinere se accingent, et quando in provinciam ubi prædicta opera eis exercenda erunt ingressi plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino pariter concedimus et largimur.

Et insuper cum Superior in Visitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono Visitationis progressu collocare voluerit, iis Religiosis qui dictis orationibus saltem spatio duarum horarum in diverso tempore interfuerint

et ibi pro christianorum Principum concordia, hæresum
extirpatione, Romani Pontificis salute ac sanctæ Matris
Ecclesiæ exaltatione, nec non discipline et observantia re-
gularis augmento pias ad Deum preces, ut supra dictum
est, effuderint, si confessi et sacra Communione refecti fue-
rint, aut Missam celebraverint Plenariam similiter om-
nium peccatorum Indulgentiam et remissionem, ut
præfertur, concedimus.

Volumus autem ut omnes supradictæ Indulgentiæ
et gratiæ Religiosis regularibus cupvis Ordinis tam mo-
nastici quam mendicantis dumtaxat ut præfertur concessæ,
etiam omnibus Monialibus cupvis Regule approbatæ
suffragentur præsentibus, perpetuis, futuris temporibus
duraturis.

Ceterum omnes singulas Indulgentias quibuscumque
Ordinibus et quibuscumque personis regularibus tam vi-
gore privilegiorum et litterarum apostolicarum quam
vive vocis oraculo, aut alias quovis modo per quoscumque
Romanos Pontifices hætenus concessas confirmatas et ino-
ratas auctoritate et tenore prædictis perpetuo revocamus,
cassamus, annullamus et abrogamus, et ad præsentium
nostrarum litterarum præscriptum reducimus et
moderamus. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus
et Ordinationibus apostolicis in contrarium præmissio-
rum quomodolibet concessis confirmatis et approbatis.
Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris
die 23 Maii 1606. Pontificatus nostri primo
M. Vestrius Barbanius

Reverso fratris Chonra ex Cartusia salvo et incolumi

praeter bursam quae illi furto sublata est a comite itineris, quo multis diebus usus fuerat acceperunt nostri Patres responsum ad certas quaestiones quas subiungo.

Quaeritur.

An pulsus meridians debeat ante duodecimam?

Respondetur

Non solemus ante meridiem pulsare.

An lector Refectorii debeat exire ecclesiam et intrare

lector Refectorii non exit ec-

clesiam ante alios? Solebat enim ad ultimum pul-

clerium ante alios nec intrat

Refectorium cum Procuratore exire et libros conferret

Refectorium antequam

sit pulsatum ad ostium,

faciendum est et facimus.

faciendum est et facimus.

An in vigilia Nativitatis Domini cum dicitur Ge-

Non pulsatur omnino.

Deum debeat trina vel una pulsatio pro Abbatissa

cantanda?

An in vigilia Nativitatis Domini pro sexta can-

Fit parvus pulsus ante

tanda debeat fieri parvus pulsus ante ma-

sextam.

gnam sicut in diurnali et non in statuto?

An laici debeant recipere cineres in fronte

Cineres dantur laicis

et non in capite, quia non sunt Religiosi,

uno ritu secundum

et monachi qui non sunt sacerdotes?

formam statuti.

An cantor chori debeat incipere Introitum

Introitum Abbatissae et Sanctus

Abbatissae et Sanctus stando extra sedem?

incipit cantare stando

quando dicitur Preciosa in conspectu do-

post Preciosa... diebus

mini vel tantum sacerdos?

Capituli.

Solebamus etiam posthaec stare in

capitulo detecto capite.

Valete. Datum Cartusiae 6 Nonas Maii anno 1606

Fr. Joannes de Meldeman, professor Cartusiae

Hoc anno 19 Maii supplicio afficitur quaedam, quae falsa

P.P.D. Bernardus
Prior Cartusiae Pa-
risiensis in actu refectorium ante alios? Solebat enim ad ultimum pul-
clerium ante alios nec intrat
Refectorium cum Procuratore exire et libros conferret
Refectorium antequam
sit pulsatum ad ostium,
faciendum est et facimus.

miracula finserat de Deipara Montis Acuti. Nempe publicaverat in vulgus malitiosa mulier filium suum cecum, claudum, surdum, mutum, (et quid non?) Deiparae ope ab his omnibus curatum. Quibus miraculis se Judaismum (nam et se Judaeam mentiebatur divitis cujusdam Judaei Genevae filiam insuper et Comitissam) abdicasse ac Leodii baptismum in templo S. Servatii. Verum cunctis rite discussis comperta est mendacissima mulier apertissimorum mendaciorum nec quare in foro Brussellensi publice in theatro virgis caesa est ac lingua ei ferro candente perforata denique toto dominio Principis exacta in perpetuum ac etiam his penis nam et ferrum candens in dorso, ut ipse tunc in foro consistens perpesi, exceperat, mundo expulsa est ac mortua.

In Quatuor Temporibus Pentecostae missi sunt Lovanium D. Aegidius Blitterswijk pro presbyteratus et D. Christophorus Foecant pro minoribus et subdiaconatus ordinibus suscipiendis comitante eos D. Procuratore.

Quo tempore novus creatus sacerdos alium subita morte domi amittimus. Is fuit D. Joannes Cooman professor domus Lovanii et quondam Procurator ejusdem domus et Lyrae, hic hospes et infirmarius patria fuit Obbeclinensis, habuit olim in hac domo professores duos fratres Germanos quorum postremus Philibertus obiit Prior Brugis anno 1602. D. Joannes nactus in hac domo impressionis qualiacumque instrumenta et characteres impressit aliquot recentiora officia S. Trinitatis, Transfigurationis, Hymnos et Collectas ad alia opera fabrilia deseter, et sedulus imprimis infirmarius mirabiliter autem infirmitatem incurrit. Advenerat Prior Anglorum qui tunc temporis commorabantur,

adduxerat secum famulum Aethiopem; cum hoc ignoraret D. Joannes eundo ad secessum invenit eum ibidem sedentem, exterritus incepit clamare et alter pariter, unde contraxit morbum sanguine commoto. Eo die minutus fuit nec hoc vim mali abstulit quam medicus. — exiguam excolimabat, sed mors subsequuta maximam fuisse manifestavit quae contigit 19 Maii anno professionis suae 15, nam professionem fecerat 2 Julii anno 1591. Intellexi habuisse consolatores nimis importunos in suo morbo qui tota die assiderent lecto garrivendo et non permisissent quae erant salutis animae suae cogitare aut confiteri quamvis satis animadverteret mortem sibi imminere, nam rogaverat ut aliqui ex amicis Becklinia evocarentur, sed responsum fuit a Patre Coadjutore nos die parentibus renunciasse et valedixisse. Subito ea vomitu animam expulavit praesente fratre Jacobo Converso.

11 Junii in festo S. Barnabae celebravit primitias suas D. Archidius Van Blitterswijk, cujus mater dedit ecclesiae pulchram tabulam trium regum, quae nunc est in quinto altari ac Conventum liberaliter tractavit.

Berrallius Husea 12 Junii insidias infeliciter struxit, successum tamen habuissent, si prudenter primum instituta fuissent, cum quae ardorem quo accensi venerant postmodum inanis metus et cunctatio non dispulissent: hinc postea tres capitanei Bruaelis 19 ejusdem mensis eam ignominiam capitis diminutione pessae Archiducis luerunt. Murrum tamen erat in populo de praecipitata sententia et accusatione Berrallii unde verebatur aliqua seditio in populo. Verum iudex juste judicat et historici de torpore et metu eos arguunt. Berrallius anno 1609 19 Aprilis Geneva secum percussit ob structas rursus eidem civitati insidias.

Archidux interea quæ seditiosis debebantur solvit, eisdemque absque mora intra 24 horas suis regionibus mandato pluribus in locis publicato excedere jubet, data omnibus potestate in eos tanquam in publicos hostes animadvertendi, decreto etiam in singula capita, quæ quis apprehenderet 25 scutorum præmio.

Seditiosi mandato hoc inaudito sera poenitentia ducti partim profugunt, partim post tempus præfinitum deprehensi penas dant; multi etiam in ipsa fuga ab Agricolis, quos ante miserum in modum reserant truncati. Atque ita malo modo, malus quamquam sero quesitus est cuneus. Sed, ni fallor, proscripsi fuerunt qui tertio rebellarent ut Archidux laudetur qui salva fide sua invenit quomodo eos puniret, et hic Bouzellis uni ac altero qui ducebantur deprecante comissa Parlaymontia veniam dedit, aliis consilium ut hoc tempore furoris absconderent se aut fugerent. Rarius postea rebellarent milites.

Hoc pariter tempore Archiduces primarium lapidem suis armis insignitum miserunt in fundamenta templi Patrum Societatis in hac urbe qui aliud sacellum et ædificia contigua simul construxerunt.

Interea Marchio Spinola maturato itinere ex Hispania rediit auro ornatus, cupis non exiguam copiam sua fide confecerat, et rediit ad locum unde victor exiverat, ad fines scilicet Frisicæ lustratis copiis Doctum oppidum ad excursiones aptissimum subito adortus nullo negotio cepit, Himbertani septem curvus armis novisque signis oneratos intercepterant et Gravienses magnam vim auri. Marchio nihilominus Grolle oppido Zutphanicæ exercitum applicuit, quæ expugnata Bzenam ad Rhenum obsidione cinxit cepitque.

Locus jam postulat ut duo insignia miracula S. Virginis
Aspiciolis in Ordine nostro Cartusienſi petita ex beneficio
Puteano referam.

Virgo paralytica
subito curata
mense Julio
anno 1606.

Virgines sc̄pius sed potissimum Deo sacratas Virgo Dei Mater
respicit. Si recte calculum peris, puritati et pietati propitia
est: qua velut biga erecta hominum mentes, ad veram sereni-
tatem veniunt; vel serenitas ad homines. Morbis quidem patent
corpuseula mortalium et natura parent; sed illos rursus vis
quedam Dei major exercet, hanc Diva benignior corrigit. Vis
Dei et pietati favens, quae in Virgine est: vis Divae et puritati
favens, quae in Virgine Deo sacrata. Gaudete virgines, vobis
magnus Deus est: gaudete Deo sacratae, benigna vobis Diva
est: benigna ideo, ut magnum esse Deum ostendat. sed quo-
modo ille magnus sit, quomodo haec benigna peculiari jam
saemulo narro. Bethunia notum Belgis oppidum est: in
monasterio et coetu virginum huic vicinis (Monach Monstem
appellavit, Ordinis Cartusienſis) erat a laicis Florentia Cispina
utriusque valetudinis notabile documentum. Etenim e
bona in malam subito incidens compressionem quamdam
cordis, angustiarumque passa est, vitae vigorisque quasi
fontem sensit obtui. Convulsio accessit, sive contractio ner-
vorum, et sic effecit jam languentem, ut extra sensum
nonnunquam collocaret. Totus deinde in paralyticum
morbus collectus est et remediis contumacior totos octo men-
ses sive crevit sive duravit. Quis vitae usus quando membra
motu carent? Vivens velut statua virgo erat, ne quidem
fulcris jam ullis aut adminiculis pedem efferre potens.
Secia tam divae sortis miseratae, quidquid industria medi-
corum negaverat, voto a Diva flagitant; ire in Collem prompta

vires non se morientis subire. hanc pium affectum opera explevit; sunt enim et in mediis anni ardoribus plus a pietate, quam ab aura calent. Respsit autem benignissima Dei Mater sudores tam religiosos, preces vicarias audivit, ipsamque voluit sine morbi fece Florentiam esse. Factum est. Nam non ita multo post cum ad sacrum (dies Dominicus erat) agra maturius anhelaret, nec adhuc praesto essent sociae quae ferrent; a custode sua fulcra subalarum et manuum gressui auxiliarem petiit, modo in templum properet et pars precantium fieret, de salute se non desperare. Quorsum etiam longiori otio degitudo foretetur? Quorsum degitadini pietas cederet? in choro sanctius, quam in strato Deum coli; sed eodem gradu ad Deum et salutem ire. Visae haece effata, et a custode sociisque adpata, progredi tentat. Dum suis fulcris et alienis manibus suspensa fertur, sensit subito robore firmari curam, et corpori jam ferendo esse: sensit novum reliquis quovisque membris vigorem innasci. Suis an dubitaret viribus niti? Quia sic repentina, a Deo, a Diva erant: fallere non poterant. Crucis igitur signo mundi auspiciam capiens, abdicato adminiculo ducentium, et fulcris abjectis ad templum procedit, firmo certoque vestigio. Incipitur a reliquis virginum ceteris: quae cum mirarentur pariter, quomodo paralytica ambularet humano manus negotium confessa sunt; nec mora: in laudes gratasque uno quasi pietatis affectu procumbunt. Quidni? Una quia gravissimo erat morbo liberata, ad vitam omnes videbantur rediisse.

Idem in socia Virgine morbus, itaque hernia sublata
eodem anno 1606 mense Augusto.

Haece illa magna Dei, benigna Dei vis est; nec adhuc satis manifesta, nisi amplius etiam puritati et pietati tribuatur: prodeat

igitur et altera ex eodem cœtu, eodem morbo virgo *Magdalena*
Premicuria sacratori voto adstricta; prodeat, inquam, quæ et
 ipsa nervis soluta est, liberoque gressu ostendat quid sit a Numi-
 ne amari. Eoto biennio membrorum impotens eandem quodam
 modo æmnam sustinebat: non ire, sed ferri, aut scipionibus,
 necnon brachiis ducentium sustentari. Tres ultimos menses, ut
 plurimum decumbens, et in molestissimam quietem damnata,
 adeo elumbis et enervis jacuit, ut de latere in latus convolvere
 corpus non posset aut commovere. sic inter vivas via viva, exemplo
 sororis *Florentia* didicit quo beneficio etiam desperata staret. Itaque
Divam Aspicillam intimo venerans totam peculiari cultu sep-
 timanam occupavit. Solemni deinde die in templum lata, ut con-
 ceptum impletet pietatis votum sacram hortiam accepit. Quid
 etiam? ut diutius pia esset, interesse et concioni, quæ insta-
 bat, voluit. Interfuit, et tanquam Deum audiret, firmiore fidu-
 cia sperare salutem ausa est. Via quieverat dicentis *Abystæ*
 fervor, et subito quoddam gravique perthematè virgo concussa
 et relict fulgurata, in terram concidit: prorsus ut mortua si-
 milis, et quasi *Niobes* fato abruisse in lapidem videretur,
 non flecti, non moveri poterat; cum ecce post pusillum
 temporis e profundo animi deliquis ad se rediens, in pedes
 exurgit. Quid dicam? sanam, integram vegetam se exhibet
 tanquam omnem in mortis illa imagine morbum
 sepelisset. Obstupescente secundum hoc jam miraculum
 cœtu progressa est, et ante imaginem *Divæ* ingenuculata,
 lætam gratiarum actionem effudit. Eadem pietas omnes
 trahit, et *Divæ* benignitas solemnibus hymnis celebratur. Sana
 autem quidni jam sana munia obiret? Ad esedra statim
 cum sodalibus se transtulit, locum, quem ante morbum

occupaverat petiit; proorsus tanquam non aegrotasset. sed adhuc totam felicitatem non intellexerat. In tegro decennio herniosa, et in ipso quoque lecto vinculum passa, quo prominentia viscera coercerentur, nunc simul tam gravi morbo liberetur, Quid deesset, nisi ut geminum jam beneficium se accepisse etiam publice testaretur? Testata est, et quia vitæ instituto ipsa ire in collem prohibita, fulvra quæ paralytici et fasciam quæ hernia morbum loquerentur dicit libera-trici misit.

Carolus Peters Circa principium Julii vitam cum morte commutat Ca-
 primus Donatus
 novæ domus. colus Peters Donatus primus novi monasterii; erat in ætate

37 annorum quando obiit, nam susceperat clericalem ton-
 suram anno 1579 a R^{mo} D. Giulio Sabubriensi Cardinalis
 Granvellani suffraganeo et tunc erat 12 annorum filius

* Hortum enim Receptoris Peginagii et in gratiam (ni fallor) * patris receptus,
 monasterio pro-
 ximum enim nam singularis erat in victu solis oleis et leguminibus
 a Peginagio ut
 supra dictum est. victitans, noverat cantum scribere, legere, etc. Sepultus
 est in cœmeterio juxta sacellum, et sorore epus Peginia
 prospiciebat per fenestram sacristie ibidem. Dies emortu-
 alis non est notatus quod aliqui negarent Donatis Anni-
 versarium.

Paucis diebus post supplicationem V. Sacramenti miraculosa in
 festo S. Margarete veni ad hanc domum ad primam probatio-
 nem sub habitu seculari. Et ne ingratus sileam, B. Virgini
 Aspicollensi (quam peregrinatus fueram paulo ante pro bono
 successu vocationis mee) adscribo beneficium celestis receptio-
 nis ad hanc domum, cum frustra curassem meam inten-
 tionem cognato meo D. Henrico d'Horca in Cartusia Brugensi
 commoranti intimare, Pater quidam Societatis Jesu, Joannes

Comisius rem cordi accepit et quadam die cum minime cogitarem venit accessitum me in Domino in qua debebam cum alio Patre Barberio, cuius Missam per biennium quotidie studens Gandavi audieram, et adduxerunt ad Priorem huius Domus, qui nihil ulterius locum obtulit. Si annuerent seniores et Religiosi quos habebat consulere, gaudebam igitur tam repente spe Cartusianorum factum, ac cum bona gratia Hori et Herce ex Domino eorum discessi cui imminabat magna calamitas qua forte ^{fuissem} obrutus secundum Dei et Divae beneficium. Hinc dicere mihi liceat: Dominus autem regit me et nihil mihi deerit (nisi desim mihi) in loco pasuce ibi me collocavit, in pascuis uberrimis, in domo bene dotata, in regia civitate; non fecit taliter omni nationi, sed Domine, beatus vir cupis est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum in loco quem posuit, nam quamdiu versamur in hoc mundo, infirmitate circumdati apprehendunt nos tentationes et pericula multa, in quibus soepe naufragium patimur. Sed Virgo Maria stella maris si opus illud abs te est deduc me rogo per viscera misericordie tuae ad portum salutis aeternae, nec per haec bona temporalia fiat mihi retributio. Elegi abjectus esse in Domino Dei mei magisquam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quidquid in posterum de Domino scripturus sum fere oculus et auritus testis adero; sed tamen cum omnes fere adhuc in vivis degant, non potero ea libertate uti, qua opus esset, nec propterea omnia sunt reticenda, nam memoria paulatim et sensim deficit, nec historia aliud est quam anima et vita memoria. Opera pretium duxi describere statum Domus qualem inveni, ut videat posteritas epos incrementa sicut

opto et roveo.

1. Prior D. Gisbertus Praubusius professor domus Lovaniensis.
2. Vicarius D. Godefridus Haelmal professor ejusdem domus.
3. Seniore D. Franciscus Cavenere jubilaris Missas privatas solemnitate celebrabat.
4. D. Wenceslaus Pleneraulte Coadjutor professor domus Delphensis.
5. D. Joannes Broeyerius Procurator ultimus professor antiqui monasterii.
6. D. Joannes l'Apostole Savista primus professor novi.
7. D. Elgidius Blitterswyck infirmarius recenter sacerdos factus.
8. D. Joannes Blitterswyck non promotus
9. D. Christophorus Tocant subdiaconus

} professi hoc anno.
Nisi erant sex professi Domus.

Conversi

1. Fr. Judocus Mivre dispensator, brassator et pistor.
(Fr. Henricus Vasseur erat alibi hospes.)
2. Fr. Jacobus Schellekem sartor.

Donati

Fr. Henricus Hanneloy senectute affectus nullam habebat obedientiam.
Fr. Gilmans portarius. Fr. Jacobus Laurens Coquinarius
Duo praeterea erant mercenarii, unus hortulanus, alter auriga.
Magister Laurentius Becken cirurgus radebat Religiosos.

In festo Transfigurationis Guilielma Lovemaekers mater
D. Joannis a Blitterswyck longa tunc consumpta vitae muneribus
defungitur, sed et ante sex septimanas 28 junii eandem mortis
sortem expertus fuit D. Joannes Blitterswyck pater ipsius. Sed
D. Joannes ipse ambos praerent, dum eos reliquit antequam
derelinqueretur ab ipsis, memores tamen ipsius fuerunt
in testamento et legaverunt Domui 12 florenos annue, et
ut fierent pulcherrima ornamenta in primitiis carissimi

filiis de quibus postea dicemus; pro fenestra in ambitu executores testamenti solerunt candelabrum aeneum ante summum altare.

Ut tangamus nonnihil economiam domus, 13 Aprilis D. Joannes ab Immechoven Prior domus Lyra redemit redditum 6 florenorum quos recipiebat domus haec ex bonis dictae domus.

Item Theodoricus Slipts redemit 6 florenos annui redditus quos Ouberpice recipiebamus pro Missa Nominis Jesu super de Goddaert.

P. Prior cum Procuratore curarunt fieri stallis novum horreum pro villa Hterbroeck Anderlaci et constitit 357 florenos.

Procurarunt etiam omnia vitra in sacello in schuet, et emerunt lapidem altaris, et D. Procurator emendicavit hinc inde ab amicis cancellos ferreos qui sunt in medio.

Anno 1606 et 1607 Procurante D. Gisberto Priore data sunt omnia vitra parvi claustrum in utraque parte, in quibus depicta est Vita S. P. N. Brunonis. Sex priora dedit D. Jacobus Tocant pater D. Christophori cum suis filiis, alias daturus unam aut duas in magno ambitu, septimam Petrus de Wél novitiandus, octavam Canonicus Zoniensis, nonam Petrus....., decimam Algidius....., undecimam Arnoldus Aldyer, duodecimam et tertiamdecimam Guilielmus Le mire, quatuordecimam Joannes Van Elst piscator.

In altera parte D. Judocus Magnioff dedit duas, D. Gabriel Francus qui hanc ecclesiam frequentabat tertiam, quartam Jacobus Vierpont, quintam, sextam et septimam Jacobus Contraict pharmacopola cum uxore sua.

Omnia ista vitra D. Pipersoy Procurator abstulit quae jam facta erant, et anno 1634 antequam Brugis Rector fieret reposuit alia.

28 Augusti obiit D. Reginaldus Clotharice professor domus
Abonactorum Gosnay, hospes in Domo Valencenarum. De eu-
jus conversatione sequentia mihi scripsit D. Petrus Peuphet
professor ejusdem domus ei familiarissimus.

D. Reginaldus Clotharius dictus est quasi a proprietate nominis
reginam laudans; sicut et revera erat, omnino deditus ^{ejus} sicut
servituti, propter quam multa adversa pertulit ab amulis
quibusdam tam propter zelum suum in quosdam officiales.
semper etenim virtutes sequitur invidia, feriuntque
summos fulgura montes, nec mirum si hoc de homini-
bus loquar cum etiam Dominus noster Phariseorum zelo
sit crucifixus, et omnes sancti amulos habuerint. In para-
diso quoque serpens fuerit, ejus invidia mors introivit in
orbem terrarum, suscitaverat ei Dominus ad id idoneum
qui eum colaphisaret ne se extolleret. Propter nimiam
etiam suam pietatem in B. V. Mariam proximique salu-
tem semel incarceratus fuit ob Indulgentias impetratas a
Legato Summi Pontificis secularibus et mulieribus ingre-
dientibus quoddam sacellum Cartusie Andomarensis contra
mentem Audinis (si fas est ita dicere) hoc dico ad ejus honorem
et gloriam quia intendebat soluti proximum. Is ipse supra
modum afficiebatur cultui divae Virginis; unde ab ea meruit
audire quoddam responsum de aliqua petitione ei facta,
sicut et contigit. Cum ipse erat in orationibus, oculi ejus
erant ut pioince in Hesebon prope multitudinem lacrymarum
fluentium ab oculis nec valebat se continere, semper ab
ore audiebatur verbum illud mellifluum, ô Maria, ô Mater
et precibusissima Virgo amata mea adesto mihi, intercede
pro me. Immo et nomen Jesu et Marice sculpi sibi volebat in

multis locis, nec non in scipione quo utebatur ad spatia-
mentum. Verba eius casta erant et vehementer excitantia
ad amorem Dei et B. V. Mariae; eloquia eius plane erant
edificativa et consolativa. Dicere autem per singula
quae de eo novi et vidi multum temporis impenderem
in enarratione virtutum ^{eius} suberum et piarum exercitiorum,
sed infirmitate cogente desisto plura de eo scribere presenti
tempore.

Insuper hoc addam quod nobis Religiosis fugientibus a domo in
civitatem Bethuniensem ratione bellorum, is pro omnibus
(quibusdam quamvis reprehendentibus sed male) crucifixum
in manibus suis deferebat per viam usque in civitatem
tanquam propugnatores suum, in quem confidebat,
acclamans ei, Jesu Praeceptor et Dominus meus miserere
mei, succurre populo christiano, da fortitudinem expugnandi
hostes. eo autem intrante ecclesiam Franciscanorum Bethu-
niensium laudabant eum omnes homines et mulieres,
qui eum videbant ex sua pietate, et tanquam episcopus
reverebatur ab omnibus in ecclesia cum magna edifica-
tione assistentium).

Scrupit spissum volumen continens 24 manus chartae
de vitis sanctorum.

transulit statuta Ordinis nostri gallicè.

Scrupit insuper magnum volumen sermonum
quos composuit, postea librum precum et orationum,
et diversos tractatus spirituales.

Receptus fui ego fr. Petrus de Wal ad osculum in festo
S. Bartholomaei, nihilominus P. Prior cum Coadjutore
suo D. Wenceslao adivit Dominum meum, Comitem de Berlaymont,

mi in servieram paucis mensibus ut haberet testimonium de me, quia a quibusdam tanquam extraneus habebar, et quia forte aliquid ab eo sperabat.

In Quatuor temporibus Septembris missus fuit ad Ordinem Diaconatus D. Christophorus Tocant quem una cum D. Procuratore comitatus fuit.

Die Calendas Octobris D. Godefridus Halmael Vicarius noster rediit Lovanium ad domum professionis suae revocatus a P. Hercule tunc Lovanii Priore ut idem officium Vicarii ibidem exerceret. Insignem operam hic praestitit in annotandis pulchro caractere (qua in arte mire excellit) Bibliorum terminationibus et punctis, in describendis etiam nonnullis officiis scilicet H. Trinitatis, Transfigurationis atque in obsequio officio admodum vigilans fuit, sobrius admodum et exemplaris, suas vices observabat in concionando quamvis ea scripto exhortationes proferret, sub P. Leone Capitulum tenebat laicis Novitiorum instructor, et Statutorum observator exactissimus non admittens peregrinas aut antiquas consuetudines sed ad litteram observans. Unde si quae sit hic Statutorum et caerimoniarum debita et legitima observatio, ab ipso quasi ex fonte profluxit etiam D. Joanni l'Apostole (absit invidia) magna ex parte accepto referre debemus, fuit enim ejusdem spiritus qui Novam Statutorum Collectionem sequere antiquarum Consuetudinum nescius, ac qui pro legitimo sensu non semel ad Cartusiam scripsit: Si quae postea vireperunt antiquae Consuetudines hoc per Hospites et Ordinationes Visitationum factum est.

Prima Octobris die Dominico in locum D. Godefridi Vicarii suerogavit Venerabilis Prior praedictum D. Joannem l'Apostole primum professum hujus novae domus et sacristam insigni

corporis proceritate spectabilem et aetate florentem, qui boni
sacristae partes expleverat, et ad eum omnes consilii et solatii con-
fluebant: officium vero sacristae Venerabilis Priore commendavit
D. Christophoro tunc diacono et professo ante circiter sex menses
propterea nimirum juveni et rudi in illa re.

Sequenti die cucullam monachi indui, utinam et mores novos
induissem, accepi Magistrium D. l' Apostole Vicarium, cons-
titutus mihi erat terminus festus dies S. Hieronymi, rerum
quia mater cum fratribus et sororibus advenerat petieram
a P. Priore propagationem aliquot dierum ut cum ipsis
possem ire Gandarum et me recreare quia spatio termini
domo non exivi, quam quidem consultis senioribus concessit
et verum dicam invitus, nam qui forte minus mihi afficie-
bantur inde moverunt questionem; comparui tamen in
festo S. Hieronymi, et potuissem vestiri si scivissem moleste
hoc aliquos laturos, quidquid est nec seculares mutationem
diei laudarunt nam dies Francisci erat postea constitutus et
volebant actioni interesse sed nescio quo fato secundum diem
Octobris accepi in quo celebratur translatio S. Clarae cum in
die natali ejus natus fuero.

Dies erant laborum, et statim novus homo ad labores
natus fui cum antea nisi ad otium assuevissem, quibus
diebus P. Vicarius novus aggressus est corrigere libros cantu-
ales Ecclesiae secundum correctam novam Bibliam et puris Cantica
Nocturna.

Paucis post diebus fuit infans cupudam Domini quem
Viador vocant sepultus in Capitulo iuxta D. Petrum Leo-
nem prout mater petebat delatus in rheda parentum

resperi cum aliquot facibus quem et aliquot sacerdotes (sacellani forte militum) comitabantur.

Circa hos postremos menses obiit quoque (ni fallor) Illustis Dominus Gabriel, a S. Stephano Huseanarius regis catholici benefactor domorum Carthusie Majoris et Bruacensis prout habetur in carta Capituli sequentis anni. Iste est quem vernaculo Padagor dicimus, et proprio peculio non multa largitus dicitur, sed ad ea solvenda quae milites dederant in cleemosynam promptus fuit P. Leonii admodum familiaris et amicus, qui etiam multas pecunias saepe dedit. Sepultus est apud Patres Capuccinos in hac civitate.

In minutionibus ante Adversum casus nobis contigit silentio-minime praetermittendus, nam cum irissemus in sacellum ter Schuet, et V. P. Prior una cum V. P. Joanne f'Escluse Priore domus Valencenarum et Patre seniore nostro Francisco Cavenero curru dicti Prioris pariter advenisset, incepit D. Joannes Blitterswyck juvenis fervore et ob praesentiam Patrum fortius campanam sacelli pulsando trahere, et cum circumstarem sed eo propius propter rei novitatem, vi detraxit ad terram (nam eo loco fornix patet) atque in multas partes facta, ipse contra parietem stetit, ego capite demisso fugiebam non ita celeriter quin trabs aliqua aut ligum supra Dorsum meum ceciderit, non tamen laesit, tantum sensi supra lumbare cecidisse, quod omnes singulari Dei beneficio atque Domine nostrae de gratia patrocinio tribuerunt, propterea Te Deum laudamus communi devotione decantatum fuit;

aderat et cubilarius Ducis Aumalii qui dicebat me posse bene
candelam B. Virgini offerre.

Circa Adventum, si bene recordor, discessit hinc D. Wen-
ceslaus Pleneraua Coadiutor constitutus Procurator
domus Sylvæ J. Martini.

Vallisoleti ad 15 Calendas Septembris regi filia nata est,
Maria nomine quæ hoc anno 1631 quo hæc scribo venit
in manus regis Hungariæ filii Ferdinandi Imperatoris,
cum antea res Angliæ frustra eam procatu fuisset et
obit in puerperio anno 1646.

24 Decembris obiit D. Joannes Mulnerus professor et
Prior domus Herbipolensis, Visitator Alemania inferioris
magno cum Provinciæ istius luctu ac detrimento. Cæpo
ope et industria ita hæc tempestate felix ille Angelorum
hortus (sic enim domus ista intitulatur) efflorescit, ut
quem plurimis admirationi sit nedum imitationi.
Ille unicus habuit Monachatum sequente carta.

Ineunte anno 1607 milites Archiducis passim ob non
soluta stipendia imperium detrahere, ac non
tantum subditis verum etiam vicinis maxime Lea-
diensibus tributa extorquere coeperant Diesta occu-
pata, verum a bellicosa gente Leodiensi repulsi
quibusdam ex suis desideratis versus Bredam excur-
runt ubi a præsidio Sylvæducentium oppressi etiam
sunt, cæsis circiter 50, captis et laqueo necatis ultra 60.
Qui superfuerant in Cliviam abierunt, diversisque
itineribus dilapsi fuerunt.

29 Januarii omnibus Ecclesie sacramentis obiit postre-
mus Cartusie Ultrajectinae Prior D. Joannes Cammaker,
qui 57 annos laudabiliter vixit in Ordine.

Circa bacchanalia D. Christophorus Focant absolutus
fuit ab oneroso officio sacristae per P. Convisitatorem, qui
loco ipsius constituit D. Aegidium Van Blitterswyck. Hoc
Venerabilis Prior Gisbertus moleste tulit pro filio suo dilecto,
a cuius parentibus cellam sperabat, ut a matutinis
absentaret se, quod nescio an unquam Prioratus sui
primum tempore contigerit, ac conquereretur mihi dicens:
Si possem homines ita componere et disponere sicut
possis disponere tuos libros (eos manu tangendo et in
aptiorem ordinem collocando) res bene ageretur. Sed quid!
ars artium est homines regere, et debemus talibus officia
commendare qui idonei sunt ne iusta querelae prebeant
occasionem.

Campana alia a Domino Procuratore empta fuit abbeclinica
pro sacello in schuet et benedicta a Domino Priore in sacello
B. V. Mariae ad portam assistente et eum dirigente Domino
Bivolotio canonico S. Gudulde, et presente Conventu.

Induciae cum hoc tempore initia pacis et induciarum data sunt prout vi-
Hollandis. dere est in historiis quae talia tractant. Et primo quidem
ad octo menses coaluerunt ea lege ut tribus induciarum men-
sibus exactis eas res Hispaniarum suo diplomate confirmaret,
quod eodem anno factum fuit.

Quare V. P. Prior satis opportune libellum supplicem
Suae Celsitudini obtulit pro construenda cella, quod mediis ad

monasterium perficiendum destitueremur nisi munificentia ipsius subveniremur. Benigne sua Celsitudo respondit se facturam quantum res patrie permitterent. Primo obtinuit Venerabilis Prior 600 florenos, quoniam hi non sufficiebant ad tale opus mandavit ipsi P. Visitator, ut ex his solveret debita domus, quod Pater Prior moleste tulit et merito non enim tali intentioni dati fuerant. Postea tamen intervenente Excellentissimi Domini Marchionis D'Haure pro integra cella construenda Diploma obtinuit; dicebat enim Dominus Marchio qui publicis facultatibus seu firantiis praeerat, antiquis Religiosis, quae ordinem suum servarent non minus favendum quam novis.

Nam Albertus Austriae et Isabella Clara Eugenia Ter^{mi} Principes nostri pro veteri suo in B. Cheresam epusque familiam religiosam adfectu M. Annam de Jesu cum Beatrice a Conceptione, et Eleonora a S. Bernardo aliisque virginibus quatuor e Gallia evocatas humanissime exceperunt, et hoc anno 1607 mensis Januarii die 29 qui S. Pauli Conversioni anniversario ritu sacer est, factis fundamentis regium. ipsis cenobium opera Vincentii Gobbergii architecti et pictoris Antuerpsiani magno sumptu Bruzellis excitaverunt.)

Cella littera P
notata aedifi-
catur sumpti-
bus S. P. G. Bruze-
llensis.

Obtinuit etiam Venerabilis Prior a senatu populoque Bruzelliensi pro aedificatione alterius cellae notata littera P mille florenos, quae est prima a septentrione, ubi erat stabulum equorum argilla et paleis a nostris constructum quod destructum fuit et Reliqui positus fuit primarius lapis dictae cellae a nobilissimo et amplissimo Domino Dondelberge primo Consule civitatis praesentibus multis de Magistratu, qui dedit duos Philippicos cementariis, haec cella primo inchoata et postrema imminente hyeme perfecta fuit.

Cella littera B Penultima vero ejusdem mensis nomine Ser^{mi} Principis Archiducis Al-
 notata edificata-
 tura munificen-
 tia Ser^{mi} Alberti
 Archiducis Aus. posuit primum lapidem in fundamentis factis pro cella notanda
 trice Ducis Bra-
 bantio. Est tertia littera B, praesentibus Nobilibus non paucis, scilicet D. Christophoro
 in ambitu muni-
 cionali. De Hordin, Haco de Magnethe et aliis, dedit Marchio quatuor
 Philippicos caementariis.

In fundamentis faciendis usus est V. P. Prior industria experti
 architecti et qua erat magnanimitate ampliora fieri curavit fun-
 damenta quam praedecessor ipsius inchoaverat cum bursam Prin-
 cipis haberet ac hortum secunda cellae littera B notatae amplioram
 fecit, ea etiam intentione ut cellae tecta ab utroque ambitu sibi
 corresponderent. Verum intentionem hanc ipsius non secuti sunt
 successores, qui noluerunt edificare tam amplas cellas cum
 potuissent. Et ordinaverat ut mutuo sibi correspondissent.

3 Martii enim a Keynero Van Lathem parvum pratum
 magnitudine sequi formalis situm sub Hterbeeck vel Dielebeeck
 in Wasendal ut patet per instrumentum Notarii Houtman.

Praecedenti anno dederat Venerabilis Dominus Petrus de
 Leue sacellanus S. Gauderici avunculus Procuratoris nostri
 D. Joannis Prooyeri 64 florenos semel pro emendo censu
 4 florenorum quibus addidimus adhuc 136 Renenses et dedimus
 villico nostro Petio Goosens commoranti in villa nostra tot
 Healsinge Limaci S. Martini et promisit dare annue conven-
 tui 12 florenos et 10 asses ut patet per instrumentum signatum
 manu Francisci Mohani Notarii, 11 Maii 1607.

Cum nuper schisma inter Paulum V Pontificem et Venetum
 exortum esset quod duae et Senatus plura et diversa decreta
 cum sedis Apostolicae auctoritati et ecclesiasticae libertati
 immunitatibusque contraria sum generalibus Conciliis et sacris

Canonibus atque etiam Romanorum Pontificum Constitutionibus repugnantia statuissent) et editis passim libris non obstantibus censuris et interdicto contra eos per Pontificem latis defenderent bellumque pararent pium Pontifex ad arma spiritualia se convertit, jubileum promulgat. Insuper mandat litanias recitari in processionibus quas vult fieri singulis diebus Dominicis et festis in omnibus ecclesiis tam secularibus quam regularibus. Aliis vero diebus quotidie, et in monasteriis Monialium etiam Dominicis et festis vult easdem recitari in choro ante Missam conventualem.

Sacerdotes celebrantes in qualibet Missa (exceptis Duplicibus 1^a classis) addent Orationem Deus refugium nostrum et virtus. Idem I. D. N. universis et singulis personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus ac ceteris Christifidelibus utriusque sexus qui ad dictas processiones conserint, et litaniarum ac precum recitationi interfuerint, ibique pro presentibus ecclesiae necessitatibus, concordia et pace Christianorum principum et unione populi Christiani pias ad Deum preces effuderint quoties id fecerint 7 annos et totidem quadragenas de injuriis eis vel injungendis penitentis in forma ecclesiae consueta misericorditer in Domino relaxat et indulget.

Porro Veneti non multo post precibus fidelium ad Deum fuis, et intercedentibus multis Principibus (inter quos praecipuus fuit Cardinalis a Joventia Christianissimi regis legatus) aliisque Doctrina et eruditione praestantibus viris, certis legibus pactisque consentis sublato interdicto a censuris et anathemate absoluti fuerunt, sicque nebulis odiorum discussis concordiae justitiaeque serenitas rursus affulsit.

Inter eos qui Venetos ad parendum Pontifici publica parisiensi

1607

exhortatus fuerat primus facile fuit Ill^{mus} et R^{mus} Cardinalis Baronius Annalium editione notus: qui 30 Junii Romæ placide ex hac vita discessit, relicto magno bonis omnibus et catholica religionis amantibus sui desiderio. Sed de hoc viro præstat hic tacere quam pauca dicere.

In Aprili obiit D. Gerardus Moeus professor et Procurator A alio Prior domus Leodii qui 55 annis laudabiliter visit in Ordine habens Abbatiam de B. Maria in 7 Provinciis Germanicis. Capitulum generale celebratum est in Cartusia 14 Maii et sequentibus. Obierunt 12 monachi, 12 conversi, 2 Moniales, 12 Donati: persone 77, Illustris ac R^{mus} D. D. Franciscus Fleart episcopus et Princeps Cyprianopolitanus, conservator privilegiorum Cartuside.

Ordinatio Provincie

Priori domus Capelle non fit misericordia et visitetur illa domus per Visitatores a R. Patre nominandos quia erat Convisitator Provincie.

Priori domus Bruugis non fit misericordia, et Visitatoribus commendamus ut attendant habitationi dictæ domus, quæ si angustior deprehendatur, quam ut sufficiat construendo monasterio Ordinis nostri, volumus Religiosos ibidem commorantes alio dimitti, donec et quousque dictæ domus necessitatibus debite provideatur.

Intererat huic Capitulo P. Hercules et cum post paucos annos actum est de translatione dictæ domus restitit.

Priori domus Lyxæ non fit misericordia cui commendamus administrationem bonorum Capituli generalis Cartuside Italicæ et domus Gollandicæ.

Priori Sylvæ S. Martini non fit misericordia et Visitatores examinent Computa illius domus, et D. Jacobum ibidem

in Vicarium et D. Wenceslaum in Procuratorem illius Domus institutos a Visitatoribus confirmamus.

Administrationem domus Campensis et aliarum domorum destructurarum committimus Patribus Visitatoribus vel quibus injunxerint, et declaramus fr. Joannem Commotium conversum esse et fuisse professum domus Monachorum.

Domui Trajecti provideant Visitatores de Pastore idque auctoritate nostra, defuncti tamen Prioris non nisi sequenti anno in carta ponitur, nullus alius fuit constitutus quia nisi supererant duo monachi et forte laici atque alter.

Priori domus Sophiae non fit misericordia et fr. Henricus Con (professus domus Bruxellae) vadat hospitium ad domum Gandavi.

Priori domus Lovanii non fit misericordia et visitetur domus illa per Visitatores a R. Patre nominandos quia erat Visitator et a sex annis non habuerat visitationem.

Ordinationes

servetur Apostolica constitutio de non cognoscendis causis subditorum pertinentibus ad officium sanctae inquisitionis sub datum Romae anno Incarnationis Dominicae 1606, Calendas Septembris quae publice in Capitulo generali lecta est.

Committimus V. V. Patribus Priori Cartusiae S. Stephani et Brunonis Visitatori Provinciae regni Neapolis et Priori Cartusiae De Aniago Visitatori Cartusiarum provinciae Castellae, ut Romam quamprimum proficiantur ibique cum omni reverentia et humilitate S. D. N. exponant mentem Ordinis tam super negotio Cartusiae pacis Dei, quam circa diversos articulos contentos in litteris Illmi D. Cardinalis Farnesii protectoris nostri ad R. P. Generalem nostrum super annum missis et dictis Commissariis datis.

1607

Predictis articulos misit R. Pater ad Visitatores Provinciarum sub finem Septembris quos inferius recensebo. Quamvis predicti Patres Commissarii deputati fuerint, misit nihilominus R. Pater D. Bernardum Barriot Priorem Cartusiae Lugdunensis qui negotia cum cursu vite proprie absoluit.

Non erat idem, Quantum ad Priorem domus de Amiago, legi in quadam epinam qui fuit missus Romam stola F. Leonis p. m. D. Anthonium de sea Priorem dictae domus expetitur fuisse a quodam aulico qui erat a secre-

vocabatur D. ducus de Quelvar.

tis et cubiculis regio Catholici ad ejus confessiones audiendas et ob id Breve apostolicum obtinuerat sed eo volebat uti sine licentia et ordinatione R. Patris generalis, promittebat omnes expensas per dictum Patrem in Curia faciendas, et se daturum illi omnia necessaria; quare Pater de Leon sub finem anni 1604 receptis epistolis etiam D. Balthasaris de Juniga tunc legati regis catholici Parisiis apud christianissimum Franciscum regem in ejus favorem petit a R. Patre ut eum absolvat a Prioratu domus de Amiago et constituat Procuratorem generalem in curia regis Hispaniarum ut possit adesse predicto Domino ad audiendas ejus confessiones et gratis promoveri negotia Ordinis et patronos acquirere. Nescio an R. Pater concesserit, spero quod non, tutius multo est recedere a mundo et aula Principum, et vocationi nostrae attendere; nec istis mundi plausibilibus promissis capi: nam ille idem Dominus qui petebat Patrem nostrum Ordinis confessarium (et forte volebat abuti simplicitate Ordinis nostri) postea regis excedit gratia et male perit.

Novum festum Celebratur in omnibus Ordinis domibus festum S. Anthelmi scilicet S. Anthelmi Prioris Medani Cartusiae et episcopi Bellicensis cum 12 lectionibus sub die 27 Junii.

Hæc postrema Ordinatio in tam difficili Ordinis statu perquam utilis et necessaria fuit, ut interpositis sanctorum præcipue Ordinis nostri præcibus et meritis Deus casus secundaret asperos (siquidem nomen prædicti S. Confessoris in Martyrologio romano sub Sixto V Papa correcto reperiebatur), communi consensu fidelium et sanctæ Ecclesiæ, nemine procurrante relatum, ut multorum aliorum. Quidam enim Severus Turbulus ex Dominicano factus Cartusianus Neapoli ibique Priorem egit sicut et Papiæ, et Commissarius ad diversas domos visitandas missus, jam nescio quas res innovare studebat in Curia Romana ubi magna auctoritate pollebat, et aliquando tanquam Nuntius Apostolicus ad Cartusiam venit et postea humiliatus ab Ordine eum infestare non cessavit. Et alius de causis Paulus V aliquam displicentiam concepit adversus Ordinem nostrum sicut Patres Minoritæ et Societatis nobis refulerunt et Patres nostri Ordinis eum in nos animo propenso minime fuisse nondiffidentur. Voluit sedem Generalis nostri Romam transferre sed statim cursu citato quidam ex nostris Parisiis Regem adierunt, qui interposuit suam auctoritatem, voluit et prædictum Turbulum constituerem Procuratorem Generalem, responsum est Sæcæ Sanctitati posse eum alibi promovere ad Prioratum, sed Ordini concedendum ut quem velit Procuratorem sibi eligat, et erant aliquæ quædam de incarceratis quæ sæcæ humilitatis impatientes fuerant, pro ut Ordinationes a summo Pontifice projectæ, quæ infra subficientur satis aperte declarant, — *Lexa Capituli 38 F*

Incapimus celebrare festum S. Joannes l'Apotole Vicarius noster exemplo forte Capituli generalis, quod hoc anno instituit celebrari festum S. Anthelmi S. Remoldi.

Divina clementia tum devotione, qua merito ferebatur in S. Remoldum patronum patri consuevit mun.
 do datus singulis tuis soli (est enim Meckliniae natus) fecit ut celebrarem eundem Provincialis vel populi quo specialiter festum prima die Julii secundum quod statuta permittunt, ut gauderent patrio no. (Alcuinus hom. de S. Willibardo.) quolibet domus possit semel in anno festum Patroni ecclesiae suae cathedralis cum 12 lectionibus celebrare (I^a Part. Statut. c.) addebat V. P. Visitatorem idem velle.

Synodus Meckliniae. Quin etiam eodem die admodum celebriter Meckliniae festum praedicti gloriosi Martiris fuit celebratum, nam cum eadem civitate synodus provincialis inchoata fuisset mensis Junii de presidente in ea Ill^{mo} et R^{mo} Domino Mathia Florio tertio eiusdem Provinciae archiepiscopo nec non intervenientibus Petro Damantio Gandavensium, Joanne Morico Antuerpiensium, Gioberto Masio Sylvaeducensium, Henrico Curckio Ruremundensium, Carolo Philippo de Rodovr Brugensium, Carolo Masio Yprensium recen-
 ter consecrato, episcopis ac ecclesiasticis ejusvis pene Ordinis ac gradus qui omnes in praedicto festo Missae et supplicationi, pontificalibus induti interfuerunt, ac etiam ipsi instituerunt, et confirmaverunt festum debere esse duplex in Diocesi Meckliniensi, in reliqua vero Provincia semiduplex atque imprimis in territorio ipso Meckliniensi cessationem ab operibus prima Julii, extra illud propter octavas S. Joannis Baptista transfer-
 tur ad diem tertium, cum nihil de hujusmodi constitutione nihil sciremus videtur Spiritus Sanctus novam erga praedictum Patronum in cordibus fidelium accendisse devotionem.

Nota V. P. Priorem vocatum quoque fuisse ad Synodum quamvis jurisdictioni archiepiscopi non esset subiectus sed etiam cautior factus non comparuit.

Huius synodo finis impositus 20 die mensis Julii, quaeque in ea ad Dei gloriam sancita publice lecta fuerunt, et mox in

urbe recognita per Illust. Card. S. Concilii Tridentini interpretes,
 sedisque Apostolicae calculo 4 Calendas Maii anni sequentis 1608
 una cum prima Synodi Mechliniae ante 38 celebratae decretis
 confirmata.

D. Bernardus Pariot professor Cartusiae Prior S. Spiritus in civi-
 tate Lugdunensi obiit Romae 21 Julii missus a R. Patre pro
 negotiis Ordinis quae absolverat, et post salutatos Cardinales
 in febrem lethalem incidit. Vir dicitur fuisse ad res gerendas
 admodum idoneus.

Ad D. Joannem l'Apostole Vicarium nostrum revertamur,
 qui quam in omnibus partibus interitus fuerit officio suo
 ex subjectis epistolis licebit intueri.

Copia Epistolae D. Joannis de Meldeman Cartusiae professi
 ad D. Joannem l'Apostole Vicarium Domus Brucellensis.

Venerande in Christo Pater, religiosis desideriis vestris ut
 potui satisfacere, P. Pauli Epistolas adnotatas prout leguntur
 in Cartusia in martyrologio sicut petieratis remitto. Du-
 bia autem R. Patri et V. Patri Vicario ostendi, et ex eorum
 verbis responsum adpeci. Praeterea Psalterium vobis annotare
 sicut indicastis mihi optabam, sed V. P. Visitator debuit
 secum psalmodiarum correctiones quas in Cartusia obser-
 vamus: in quibus observare debetis, quod ea quae secun-
 dum breviarium magnum non observabamus illic inse-
 ruimus, errata etiam breviarii sicut dicendum est resti-
 tuimus, et ita magnum breviarium omnino sequimur
 his correctionibus adjunctis. Mitto etiam vobis Bullam
 S. D. N. Pauli V omnes Indulgentias quibuscumque
 Ordinibus concessas continentem. V. P. Priorem nec
 non et ceteros V. V. Patres meo nomine peto salutari atque

ut pro me Dominum exorent humiliter rogo. Me vero sicut semper habuistis, et vestrum esse proprium certum tenete et dilectione conjunctum. Valet. Datum Cartu- side in vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistæ 1607 qui supra.

Acceptis prædictis correctionibus Psalmorum P. Nica- rius graviter hæc æstate in id opus incubuit adhibitis cor- rectionibus Bibliorum R. D. Lucæ, archidiaconi S. Au- domari, et Bibliis Romæ impressis quæ accepit a Patribus Societatis. Post correctum Psalterium adfecit et alios libros corrigere secundum Biblia impressa et correctæ jussu summorum Ponti- ficum, libenter aliquid operis semper faciebat, majores litteras in Homiliariis illuminavit, multa in Gradualibus annotavit ut convenirent cum novis Missalibus, melior quidam character desideratur, sed videtur posse excusari quia tunc temporis via erat in monasterio qui scite pingeret litteras, et sollicitus fuit ne in Divino officio error committeretur. Annotavit etiam Epistolas per subdiaconum cantandas, etc.

Dubia quoque subjungam tum ad elucidationem Statuto- rum, tum ut sciatur unde quædam Consuetudines Domus originem traxerint et annotationes connectam.

Petitive

An debeat dici in ista Collecta Deus cui proprium, et omnia eorum peccata dimitte vel eorum?

Et in ista Collecta Deus edificator addi debeat post locum istum et ei- vitatem hanc?

An dici debeat Samarita Barnabas

Respondetur

Utroque modo dici potest. Dicimus eorum.

Dicendum ut in Missali.

Dicendum Sama- rita Barnabas

Annotationes

P. Ferral in Visitatione anni 1609 ordina- vit ut diceremus eorum et modernus Prior D. Bruno confirmavit.

Hoc aliqui adde- bant.

Prout in novis Missa- libus etiam notantur.

Lúcia et ut in Missali et Homiliis
annotatur?

An dicendum Paraclytus ut in
novis Bibliis?

An celebraturus possit exuere pro-
prium cucullam cum induit ecclē-
siasticam?

An Conventus debeat inclinare cum
dicitur in Credo, Qui cum Patre et
Filio simul adoratur?

An aliquis possit occupare sedem
Vicarii in ecclesia ipso absente?

An ferialibus diebus debeat fieri
parvus pulsus post Missam conven-
tualem vel magnus?

An Procurator debeat semper acci-
pere disciplinam pro fractione silentii?

An Novitius debeat Versiculum Sus-
cipe me Domine canere inclinatus
ut est in Statutis, an vero erectus ut
nonnulli putant quia in Missali
continetur stans?

An præsiciens teneatur accipere stobam
quando pronuntiat in die Palma-
rum excommunicationem?

Hæc antiphonæ tali modo intonan-
dæ sunt: Visitavit, crevit Domi-
nus nobis, Vos qui secuti?

Lúcia.

Dicimus Para-
cletus et tñ sep-
tiformis gratia.

Non fit in
Carbusia.

Ita.

Minime.

Farrus. Solebat R. Pater anno 1617 respon-
dēt D. Anthimo ut serve-
fieri magnus sed parvus est huc consuetudo domus
communiore. tam respectu spatii quam
personæ, quoniam V. debeat
pulsare.

Debet necesse in-
ferribilis quia
§ 7 Cap. 14 non
debet de Procuratore intelligi.

Inclinatus can-
tat Suscipe, sed
respondente
Conventu sta-
re potest.

Non.

Est respon-
siv.

nostra biblia manent
primo modo notata.

Et Commissarii anno 1609
prohibuerunt ne id
fieret.

Vidimus P. L'Escluse Vi-
sitatorem Picardie id
observare, alias quidam
resistebant quod in Sta-
tutis non haberetur
et sensus verborum
non plane postularet.

R. Pater anno 1617 respon-
dit D. Anthimo ut serve-
tur consuetudo domus
tam respectu spatii quam
personæ, quoniam V. debeat
pulsare.

Est tamen fere omni-
um domorum con-
suetudo.

<p>Quando propter Responsoria incohanda transferatur solemnitas Nominis Ihu in ferriam secundam, an debeant cantari ad Matutinas psalmi Dominicales vel feriae?</p>	<p>Psalmi Dominicales</p>	<p>Merito hoc querebatur.</p>
<p>An debeat Evangelium dici in Dominica 24 post Pentecosten sicut in Missali habetur vel sicut in Breviario ubi additur: Et Cum Venisset Jesus in domum Principis?</p>	<p>Diendum ut in Missali</p>	<p>Consulenda sunt rubricae Divinae quia lucidiores sunt.</p>
<p>An praesidens debeat accipere cucullam ecclesiasticam cum accipit stulam quando incellat Novitium?</p>	<p>Ita.</p>	
<p>An sacerdos quando omnes asperserit debeat etiam pavimentum aspergere transiens per chorum tendens ad laicos sicut facit quando circumcivit altare.</p>	<p>Non.</p>	
<p>Hac aestate, mense Augusto, Lovanio missus fuit pro adiutorio. D. Joannes Francisci, Religiosus probus ac spiritualis.</p>		
<p>Prima die Septembris Maria Van Wesel Begina cognata confratris nostri D. Christophori Focant vita destituitur adhuc in flore juventutis quae legavit pro constructione unius cellae aut fabricae ejusmodi alicuius quadringentos florenos, quos anno 1612 recepimus viginti forinibus aut circiter minus expensis in litem quae intentata a propinquis et haeredibus illius; nam multo plura Beginagio et aliis monasteriis testamento reliquerat.</p>		
<p>Circa hos dies restitutus fuerat quidam Jacobus esse provincialis Gallo-belgicus qui alebatur in studiis a D. Mussert</p>		

in humanioribus litteris eruditus, et bonam vocem habebat. Sed satis superbus et parum civilis postea etiam defecit.

Consecrata fuit nostra ecclesia ^{et} solemnitate Real-^{is} tationis S. Crucis ^{et} solemnitate Real-^{is} ^{et} summo altari. In solemnitate Exaltationis S. Crucis, quae incidebat in feriam sextam consecrata est ecclesia nostra cum coemeterio intra ambitum per Ill^m et R^{mum} archiepiscopum theobaldensem Mathiam Vander Hoven praesente Ill^{mo} D. D. Guidone Bentivol archiepiscopo Rodensi Nuntio Apostolico et quodam alio episcopo externo, sub D. Gisberto Baubusio Priore, cui aderant D. Hercules Van Winkel professor hujus domus, Prior Lovanii et Visitator, D. Arnoldus Harensius Prior Gandavi, D. Robertus..... Prior Anglorum theobaldica et D. Conradus Procurator domus Capellae, praesentia quoque sua solemnitatem exornaverunt Praesidentibus sive Consulibus et senatoribus inclite urbis Brusellensis, qui vinum largiter propinarunt his tribus diebus atque omnes convivio excepti fuerunt excepto Nuntio Apostolico, qui excusavit se nec putavit nos habere tanta media, ut Nuntium Apostolicum tractaremus. Adfuissent proculdubio et ipsi serenissimi Principes, si Venerabilis Prior obtinisset responsum a R. Patre super quaestione illi proposita an liceret mulieribus die consecrationis intrare monasterium, nam sine Ser^{mo} Infante Archiduca volebat accedere; quando posuerunt primum lapidem in fundamentis templi Patrum Societatis cum praedictis Principibus alicui Dominae invitabantur et invitabant collegium.

Propter dilatam consecrationem archiepiscopus comminatus fuerat nobis suspensionem a divinis, sed Venerabilis Prior eum adivit ac difficultatem quam habebat de admittendis mulieribus ne dum a R. Patre elucidatam proposuit, quare paucos menses adhuc sustinuit, sed frustra expectavimus nihil responsi accepimus a R. Patre. In consecratione ecclesiae domus

Valencenarum mulieres admisit Pater L'Escluse, nec audebat tamen nobis idem conuulere.

Subjicio Copiam Epistolarum, testimonialium R^{mi} archiepiscopi:

Matthias Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Mechliniensis universis et singulis Christifidelibus praesentes litteras visivis, lecturis et legi auditivis salutem in Domino. Notum facimus quod nos die data praesentium ad instantiam et requisitionem dilectorum nobis in Christo Patris Prioris ac totius conventus Cartusiae Bruxellensis nostrae diocesis, consecravimus coemiterium, ecclesiam ac summum altare in eadem noviter extracta in honorem Dei, ac memoriam et invocationem gloriosissimae Virginis Mariae, S. Joannis Baptistae et S. Brunonis cum benedictionibus, sacris unctio-nibus ceterisque caeremoniis et solemnitatibus in talibus adhiberi solitis et consuetis, Impositis in eodem altari S. Alexandri Papae et Martyris et S. Christinae virginis et Martyris reliquis, Cujus quidem ecclesiae et altaris dedicationis et consecrationis anniversariam atque solemnem memoriam ad ulterio-riorem dicti Prioris et conventus instantiam singulis annis in perpetuum Dominica propinqua solemnitati Nativitatis B. Mariae semper Virginis Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi celebrandam esse et celebrari debere ordinavi-mus et decrevimus, quemadmodum etiam his scriptis ordi-namus et decernimus. Insuper omnibus Christifidelibus qui in hac anniversaria consecrationis solemnitate ac festi-vitatibus gloriosissimae Virginis Mariae, S. Joannis Baptistae, S. Brunonis, S. Alexandri, ac S. Christinae dictam ecclesiam et altare in humilitatis spiritu visitaverint - De Omnipotentis Dei misericordia, gloriosissimaeque Virginis Mariae

ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum omniumque
Sanctorum et Sanctarum meritis et intercessionibus con-
fisi quadraginta Indulgentiarum dies misericorditer in
Domino largimur. Datum Bruxellæ sub sigillo nostro anno
Domini millesimo secentesimo septimo mensis Septembris
die decima quarta.

Subsignavit Matthias archiepiscopus Mechliniensis.

consecrata sunt
4 altaria. Sequenti die 15 Septembris consecrata sunt quatuor altaria
eiusdem ecclesie. Ad primum quod est secundum post pri-
marium precedenti die consecratum tabula pensilis sic habet:

Anno Domini 1607 mensis Septembris die 15 Matthias Dei et
Apostolica sedis gratia archiepiscopus Mechliniensis conse-
cravit altare hoc in honorem S. Trinitatis et S. Petri et
Pauli Apostolorum et S. Joannis Evangelistæ eademque in-
clusit reliquias sanctorum Martyrum ex societate Ohe-
beorum et societate undecim millium virginum; conce-
dens omnibus Christifidelibus dictum altare visitantibus
in die anniversaria consecrationis eiusdem ac festivitatis
S. Trinitatis, S. Petri et Pauli Apostolorum, S. Joannis
Evangelistæ, sanctorum Martyrum Ohebeorum et un-
decim millium virginum quadraginta dies de vera
Indulgentia in forma ecclesie consueta.

Altare ordine tertium, quod est S. Annæ mutatum fuit anno 168.

Ad altare quartum quod est a dextris in choro laicorum
hæc pendet tabula:

Anno Domini 1607, mensis Septembris die 15, Matthias Dei
et Apostolica sedis gratia archiepiscopus Mechliniensis conse-
cravit altare hoc in honorem S. Crucis, S. Stephani, Laurentii

1607

et Vincentii, eidemque inclusit Reliquias sanctorum Martyrum ex
 Societate Thebeorum et societate undecim millium virginum;
 concedens omnibus Christifidelibus dictum altare visitantibus in
 die anniversaria consecrationis ejusdem ac festivitatis S. Crucis,
 S. Stephani, Laurentii et Vincentii, sanctorum Martyrum Thebeorum
 ac undecim millium virginum quadraginta dies de vera Indul-
 gentia in forma Ecclesie consueta.

Ad quantum altare talis pendet tabula manu P. Godofredi Gha-
 mael descripta prout reliqua:

Anno Domini 1607, mensis Septembris die 15, Matthias Dei et Apo-
 stolicæ sedis gratia archiepiscopus Mechliniensis consecravit
 altare hoc in honorem S. Michaelis et sanctorum Angelorum
 et omnium sanctorum; eidemque inclusit Reliquias sanc-
 torum Martyrum ex societate Thebeorum et societate unde-
 cim millium virginum, concedens omnibus Christifidelibus dic-
 tum altare visitantibus in die anniversaria consecrationis
 ejusdem ac festivitatis S. Michaelis et sanctorum An-
 gelorum, omnium sanctorum et sanctorum Martyrum
 Thebeorum ac undecim millium virginum quadraginta
 dies de vera Indulgentia in forma Ecclesie consueta.

16 Septembris Dominica die consecratum est sacellum juxta
 portam, et habuit orationunculam flandrice idem archiepis-
 copus de orationis fervore. Sequuntur Epistolæ testimoniales:

Consecratum sacellum juxta portam. Matthias Dei et apostolicæ sedis gratia archiepiscopus Mechli-
 niensis universis et singulis Christifidelibus presentes litteras
 visuris, lecturis et legi audituris salutem in Domino. No-
 tum facimus quod nos die datæ presentium ad instantiam
 et requisitionem dilectorum nobis in Christo Patris Prioris
 ac totius Conventus Cartusie Bruxellensis nostræ diocesis
 consecravimus sacellum et altare ad portam dictæ Cartusie

noviter structa in honorem Dei ac in memoriam et invocationem gloriosissimæ Virginis Mariæ, duodecim Apostolorum ac undecim millium virginum cum benedictionibus, sacris unctionibus ceterisque caerimoniis et solemnitatibus in talibus adhiberi solitis et consuetis, impositis in eodem altari S. Alexandri Papæ et Martyris et S. Christinæ Virginis et Martyris Reliquiis: ac omnibus Christifidelibus qui in hujus anniversaria consecrationis die ac festivitatibus gloriosissimæ Virginis Mariæ, duodecim Apostolorum ac undecim millium virginum, S. Alexandri, ac S. Christinæ dictum sacellum ac altare in humilitatis spiritu visiterint de Omnipotentis Dei misericordia, gloriosissimæ V. Mariæ ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum omniumque Sanctorum, et Sanctarum meritis et intercessione confisi, quadraginta Indulgentiarum dies misericorditer in Domino largimur. Datum Bruxellæ sub sigillo nostro anno Domini 1607 mensis Septembris die decima sexta.

Subsignavit Matthias archiepiscopus Mechliniensis
 17 Septembris redimimus censum 5 stuperorum irredimibilem quem recipiebat annue ecclesia S. Mariæ in tabulone super bonis pauperum.

His Quatuor Temporibus vixit D. Joannes Blitterswyck Gerardimontem ad suscipiendos primos ordines ubi contingebant tunc dari.

Hac ætate in Domo Ordinis prope dictam civitatem mortuus est quidam proprietarius impenitens, qui quamvis diceret se habere pecunias absconditas nolbat tamen ostendere aut promittere se ostensurum si contingeret ad pristinam sanitatem redire, quare in sterquilinis sepultus fuit, ne res

1607

tamen secularibus palam fieret nostri Abissam defunctorum de anniversario carstamur et cistam repletam lapidibus in cemiterio sepeliverunt, sic non a multis annis in cemiterio S. Gaugerici hic in vicino eruta est cista in qua non cadaver sed truncus repertus est. Ignoscat mihi lector si hoc scribam et exemplis probem quae veracissime docuit P. Sutor lib. 2 de Vita Cartus. sub finem de proprietariis. Aliquoties, inquit, ita obstinati sunt ut nec confiteri nec sacramenta suscipere velint; aliquando mente capti fiunt vel quod gravius est furia correpti insanunt, nonnunquam in desperationem incidunt.

Eodem anno 1607 inter Alostum et Generamundam Flandriae oppida in vico Obespelaria homo rusticus mille quinquaginta amplius aurea numismata vetusta fodiendo reperit, insignem sane thesaurum, et qualem ne in media quidem Italia unquam erutum lego. Erant autem nummi plerique M. Antonini Veri Imp. ejusque conjugis, suspicari itaque fortasse liceat eos a Quodstore aut alio quopiam ex legione Romana in Hibernis agente illo loco scaldim inter ac Generam fluvios muniendis castris commodo defossos esse atque eodem quidem tempore quo tanta per orbem pestilentia extitit ut pene usque ad interuersionem Romani exercitus delerentur ut Eusebius in Chronico anno 174 loquitur.

Ne defuit pestilentia hoc ipso tempore in Germania, ex qua de medio sublatis sunt D. Guilielmus Adriani Brouwershanus Cartusiae professor Favis domus Cellae salutis in Bukelhausen 26 Septembris et habuit plenum monachatum. Fuit Procurator domus Leyde et bonorum Cartusiae in Hollandia aliquandiu in hac domo demoratus fuit prout supra dixi;

Item D. Joannes Turingius professor et Vicarius dictae domus
in Eukelhausen, alias Prior Erfordiensis,

D. Martinus et D. Georgius sartorius professi et Procuratores
dictae domus.

17 ejusdem mensis septembris obiit D. Joannes Baillet profes-
sus et antiquior domus Cartusica, scriba Capituli generalis,
qui rediens e commissione sibi per R. Patrem facta obiit in
domo Sylva et habuit plenum Monachatum.

Madridi posttridie Idus septembris regi filius Carolus est natus
qui nunc Lusitania praest prorege pro fratre. Fuerat forte
destinatus sed nunquam eo pervenit; obiit autem Madridi in
palatio regis.

2 Octobris, ego fr. Petrus de Wal natus Gandavi anno 1587 ex
parentibus Ducatus Luxemburgensis in hac domo Dominae
Nostrae de Quatia emisi professionem sub P. Giberbo anno ceta-
tus vigesimo: Deumque supples rogo ut voluntaria oris mei
beneplacita sibi faciat. Ea concessione P. Prioris et matris tes-
tamentum bene condidi atque ex bonis patris mei p. m. le-
gari annue huic domui 28 florenos perpetui redditus et cibo-
rium argenteum pro parvis hostiis reservandis, cetera pro
majori parte reliqui matri possidenda quoniam ipsa me
aluerat in studiis et sine ipsa nunquam litteras humaniores
didicissem, nam cum pater meus octo proles reliquisset, etiam
debita et multa negotia tempore belli. Si tutoribus traditi
fuissemus non potuissemus ali in studiis, unde nec potui
multo plura domui donare, Gandavi triennio quo ibidem habi-
tari coependi omnes redditus, et domi paupercule habitabatur.

Petro jungamus et Paulum: frater, inquam, Paulus Coppers
Bruellensis ex vicinia petierat recipi pro Donato, sed pars

1607

Conventus noluit eum aut quempiam alium ad statum donatorum tunc admittere, quare repulsæ causam agnoscentes petiit habitum Conversi quo Donatus fuit in festo S. Simonis et Judæ, Priore nonnihil congruente vocationem ipsius non fuisse relictam primo instinctui Spiritus Sancti, perseverat huc usque in statu Conversorum laudabiliter et nunc pro coquo nobis inseruit.

Recepimus paulo post Epistolas R. Patris quibus mandavit custodiri Ordinationes Apostolicas, quarum superius fecimus mentionem; harum tenore talis est:

Fr. Bruno humilis Prior Cartusie, totiusque Ordinis minister generalis Reverendis in Christo Patribus Prioribus Domorum Lovanii et Capelle Visitoribus Provinciae Theotonice salutem in Domino. Desiderantes pro officio nostro et humillima quam sedi Apostolicæ debemus obedientia, studiose exequi quæ Sanctissimus Dominus Paulus Papa V nobis per litteras Ill^{mi} et R^{mi} Protectoris sub datum Romæ die 16 Julii ad maiorem disciplinæ cartusianæ promotionem fieri mandavit, tenore presentium et auctoritate Capituli generalis, quæ super annum fungimur vobis præcipimus et omnem vestram diligentiam studiumque efficacem adhibeatis, quo hæc ordinationes in singulis Provinciæ vestræ Domibus primo quoque tempore et incunctanter publicentur et diligenter observentur.

Omnes Visitatores et Priores qui nunc sunt post publicationem et notitiam presentium, qui vero in posterum instituentur, vel eligentur, vel in aliam Domum transferentur die ipso suscepti Prioratus alta et intelligibili voce publicam professionem orthodoxæ fidei faciant flexis genibus ante altare in Capitulo monachorum ibidem presentium idque facta

formam præscriptam in Bulla felicis recordationis Pii Papæ IV, quæ incipit Infunctum nobis sub datum Romæ Idibus Novembris 1561 quæ extat ad finem Concilii Tridentini.

Omnes qui confessionibus sacris audiendis præficiuntur habeant exemplum Bullæ in Coena Domini.

In libris edendis in lucem serventur forma tam a sancto Concilio Tridentino quam a nostris Statutis præscripta.

Strictè custodiatur decretum felicis recordationis Clementis Papæ VIII de Casibus reservatis sub die 26 Martii 1593 publicatum, et in singulis Domibus juxta formam Statutorum deputentur confessori ad quos sit singulis monachis liber accessus.

Quoniam autem quidam Piores male audiunt ob necio quam erga infirmos inhumanitatem, nimiamque erga incarceratos severitatem, mandamus ut diligenter serventur Statuta ad curam infirmorum spectantia. Ideoque omnes ordinationes Capituli nostri generalis super hac re editas renovamus, illam igitur caritatem erga degros quisque superius exerceat quam sibi in æquitate vellet impendi. Super quo diligenter invigilent Visitatores: nec non super incarceratis, quos caritati Piorum commendamus, qui diligenter curent ne quid eis desit quod ad salutem animæ aut corporalem necessitatem requiritur quod ut melius præstetur, Visitator deputet in singulis suis Provinciis Domibus aliquem gravem et fidelem monachum, qui religiosam et christianam curam habeat incarceratorum, qui et certum possit ferre de omni eorum vita et conversatione testimonium, eos autem qui in his casibus deliquisse liquido probabuntur volumus ab officiis deponi.

In electione Prio. In electionibus Piorum diligenter observentur quæ a san-

cho Concilio Tridentino nec non a Statutis nostris prescribuntur, nec aliquis in Priorem eligatur aut instituaturs nisi iis dotibus polleat, quas in prelati jus et Statuta nostra requirunt. In quo et illud addimus, ut nullus in posterum ad onus Priorum assumatur, qui per biennium confessorii munus laudabiliter et pueris Visitatorum examine non exerceat, nisi aliud R. Patris ob personarum qualitatem aut alias iustas ob causas videatur.

Declaramus omnes incurrere in cenas Bullae Canonice Domini, qui litterarum ad Sedem Apostolicam et Ill^ll^m Protectorem Ordinis directarum transmissionem quoquomodo impedierint; monachos autem de monasteriis exeuntes, et sub praetextu recessus non expectato ad litteras suas responsorecedendos esse penis per Constitutiones Apostolicas et Statuta nostra inflictis. Quoniam audivimus nonnullos esse Priores qui bona et proventus monasteriorum necio qua prodigenter in fabricas et aedificia insumunt. Ideo ordinationem Capituli generalis latam anno 1602 quae incipit Sub poena absolutionis renovamus eamque strictly observari volumus, Adventes et declarantes requiri in praefatis aedificiis faciendis praeter conventus consensum et Visitatorum licentiam Reverendi etiam Patris approbationem in scriptis obtinendam.

Ad comprimendam quorundam Priorum pravam et effrenam exeundi e monasteriis consuetudinem, qui litis aut alterius gravioris negotii quorsito colore per urbes vagandi captant occasiones. Renovamus ordinationem Capituli generalis anno 1602 super hac re editam, quae incipit Iuxta monitionem Statutorum adventes et prohibentes omnibus

Prioribus ne novam litem incipiant, nisi re prius cum Conventualibus discussa, Visitatoribus communicata et a R. Patre in scriptis approbata.

Volumus autem huiusmodi Priores vagos, quibus labor et pena est esse cum suis fratribus apud R. Patrem a conventualibus defervii.

De lectione sacrae scripturae ^{in scriptura} et professione fidei: Quod pertinet ad lectionem sacrae scripturae juxta Concilii Br. dentini praescriptum in singulis monasteriis habendam, quia haec res arbitrio R. Patris relicta est, et restricta ad dies quibus silentium ex Statuto relaxatur. Deo ut sanctissimi Domini institutioni satisfaciamus, mandamus omnibus Visitatoribus ut domos suarum Provinciae in quibus haec lectio commode haberi poterit nobis describant, nec non formam aliquam ejus rei faciendae: ea suo quisque ingenio praescriptam, mittant ut collatis omnium opinionibus possit aliqua via certa, et ratio uniformis a Capitulo generali praescribi, quae saluti et paci animarum et recti instituti nostri disciplinae accomoda esse videatur.

Has autem omnes ordinationes volumus publice legi in Capitulo monachorum, lectasque inseri in libro aliarum ordinationum Capituli generalis. Cartusiae die 30 Septembris 1607. subscripsit Fr. Bruno, Prior Cartusiae.

Proximo die Capituli V. P. Prior secundum ordinationem factam in dictis Epistolis publicam professionem fidei fecit flexis genibus ante altare in Capitulo, et ego librum Evangeliorum tenebam cui manus admovit.

Hoc pariter anno P. Vicarius restituit commemorationem S. Gudonis in Septembri, et in Decembri festum 12 lectionum in die S. Barbarae prout celebrari consuetum fuit in antiquo monasterio facultate super hoc antiquitus impetrata a R. Patre.

Brumæ severitia satorum fructicum, imo et volatilium pisciumque crudeli exitio memoranda hæc hyeme accidit, eaque mali rebermentia interquum prope mensem insistebat: per totam Octavam Nativitatis ad capiendam refectionem absque igne et foco sedimus in refectorio nec tamen P. Prior simplicitatis tenæ voluit calefactoria permittere sed tantum aquam calidam in vacuis scutellis (quod humaniores Patres Soc. derident, et mihi objecerunt nobis frigidos cibos esse sumendos verum processu temporis nostri quoque Patres admiserunt) tandem nostri miseratus Prior fessit sterni mensas in cubiculo hospitum, et ibidem ignem stivi, quem oportuit auferre propter vim fumii, eo enim die auster ventus spiravit ac glaciem dissolvit, dum sic regelaret trabes superiores ecclesie, copiosum humorem stillabant. unde intersum gelu licebat cognoscere.

Perfacilis jam ad Hollandorum fines aditus patebat frigore vada undique adobungente, neque eos exiguum discrimen manebat si non prorogata jam ante inducie utrumque fuissent.

Brumæ hæc asperitas etiam fatum Henrici Borbonii Montpenserii Principis ferunt extremum vitæ biennium ab ubere matris lactatum cum jam vires corporis defecissent ut vis ossibus hæeret, hæc frigoris severitia obriguisset, obstitueris, ut erat orthodoxæ fidei constantia imbutus; totus in hac cura erat ne sine spirituali viatico discederet quo postquam refectus fuisset, placide vita defunctus est. Cadaver aliorum Principum humeris illatum in familiaris gentis Montpenseria mausoleum, quod proavi sibi posterisque Campaniaci in agro Pictorico posuerunt, commendatum in carta sequentis Capituli his verbis: Ser^{mus} D. J. Hen.

ricus a Borbonio Dux Montispenserii Princeps Dombarum, etc.

In nocte Nativitatis interfuit Meatusinis et reliquo officio Divino clarissimus et amplissimus vir Dominus de Robiano thesaurarius seu quæstor Finantiarum una cum filio Balthasaro optime spei adolescente.

Circa hæc tempora Patres Capuccini primi constituerunt ne irent licet invitati pransum apud seculares in civitate, quam reformationem receperunt Patres Societatis et Ordines Mendicantium. Similem etiam constitutionem edidit Summus Pontifex Paulus V, nam ut ait Hieronymus ad Nepotianum facile contemnitur clericus qui sæpe vocatus ad prandium ire non recusat. Nunquam petentes raro accedamus rogati. Nescio enim quomodo, ipse etiam qui deprecatur ut tribuat, cum acceperis, viliozem te iudicat, et mirum in modum si eum rogantem contempseris, plus te posterius veneratur.

P. Hercules, P. Emmekoven, P. d'Outclair, Priores, rarius ad convivium ierunt et scio invitatos recusasse. Hic modernus D. Agathangelus nunquam. Minam et alius intermedius rigorem hunc imitatus fuisset, plus honoris illi accessisset.

Anno 1608 ad D. Hieronymi Idibus Januarii die Dominico a cunctis Ordinibus in verba Philippi Principis juratum est non alium regni heredem fore post patris fata.

In fine Januarii Archidux Albertus mittit Ambrosium Spinolam cum aliis Delegatis Haganæ Comitibus ut tractent de pace vel iudiciis cum Hollandis, qui iter ingressi ipsis Calendis Februarii a Hossovis Comitibus blanda salutatione excepti fuerunt, preces iudicæ ad instantiam Archiducum pro bono successu.

Circa principium hujus anni recepimus Mensas Refec-
torii quinque numero quas pater Apoticarii nostri Jacobi
de Courtiaj fecerat Cornaci ex mandato V. P. D. Petri Sedon.
Verum modernus Prior D. Gisbertus simplicitatis Cartusia-
na (ut praesati sumus) tenax cunctabatur eas recipere quod
nimis sumptuosa essent et magni pretii (nam quaelibet
constabat septem libris flandricis) eas petebant Patres Societatis
sed Abagister Jacobus de Courtiaj nobis magis favens convenit
tamdem leviori pretio, atque partim in solutionem earumdem
emit flores tulipanos ex horto D. Aegidii de Blitterswyck Lavis-
tox et D. Joannis ipsius cognati easque nobis tradidit, ac pro
anima ejus requie in eis pasti et refecti orare tenemur.

Ossa viri san-
cti et Doctoris
incliti Dionysii
Ryckelii re-
perta.

* Diestensi

Hoc anno Henricus Cuyckius episcopus Ruremundensis vir
pietate et doctina eximius, Beatum Ambrosium imitatus
animum adfecit ad perquirenda sancti viri Doctorisque in-
cliti Dionysii Ryckelii Cartusiani ossa Ruremundae in Car-
tusiam sepulta (est Ryckel pagus non longe ab oppido Visitensi
situs in quo etiam nunc paterna et natales aedes visuntur
nostri Dionysii) prout retulit Reverendus Abbas S. Gertrudis Conventus
Insuper litteras duas ad R. Patrem totius Ordinis nostri Gene-
ralem estimulans eum ad omnia pietatis officia per totum
Ordinem obeunda et exercenda, nec non ad eos, quos pietati
debitos et orationibus suis apud Deum plurimum posse confi-
debat, ut pium hoc suum institutum Deo in suis ad Deum
precibus sedulo commendarent. Qua inquisitione quantum
profecerit, ac qui se gesserit videre est ex subjecta ipsius ad
Generalem Patrem Cartusiae Priorem Epistola, quae sic habet:

Admodum Reverende Pater Prior,

Non sine fructu Cartusiani Patres et fratres pro Dionysii

Ryckelii reperendis ossibus dum orasse videntur. Qui in hac Caertusia Ruemundensi hactenus superfluit senior sacerdos F. Henricus Kerckenus quinquagesimum annum in Ordine superans, et locum quietis Ryckelii, uti a majoribus acceperat in quadam latitudine designare solebat, nuperime vero hoc est 22 mensis Martii die anno 1608 in Domino obdormivit. Quam occasionem prudenter arripens Venerandus hujus Cartusianae Familiae Prior, Dionysiae sepultura a Kerckenus demonstratum locum aperiri jussit et investigari, ut Kerckenum (qui Dionysii quoque cellam ad mortem usque inhabitarat) eodem in loco, quem Dionysii esse discerat, forte reconderet; idque ex adverso altaris illius in quo vivens Dionysius sacrificare solitus erat, quod ante 54 annos quando universa pene Ruemundensis civitas cum monasterio ac templo illius incendio conflagravit, fissum, disruptum profanatumque erat: quo eodem in loco ante proximos sex menses in die S. Dionysii Areopagite et Martyris, ac ad illius memoriam aliud est erectum, et a nobis consecratum altare. Quum ergo 22 Martii die (qui stylo veteri Magni etiam Gregorii et Ryckelii mortis fuisse dies) e vivis excessisset Kerckenus, periticas seu stipes duos in loco ubi Dionysia ossa quiescere putabantur defixit Prior; quibus post profundam admodum fossionem (cui incendii ruderum ansam dedisse videntur, ut jam altius multo et elevatius sit cimiterium, quam fuerit antea) Dionysii cranium et plantae e directo inferne respondebant: reliquis etiam totius corporis ossibus ordine et naturali siti, post centum et triginta septem exactos annos concinne adhuc dispositis: usque omnibus inde extractis, in loculum Dionysii F. Henricus Kerckenus humatus est. Calvaries autem Dionysii et reliqua

ossa proceri et robustissimi viri specimen referunt, et signum habent hominis balbutientis, propter prominentes anteriores mandibularum dentes; quo vitio Dionysium laborasse auctor est, qui vitam illius conscripsit Theodorus Luerius Stratenis. Ossa igitur hæc religiose nunc in Ruræmundensi Cartusia asservantur, donec divina bonitas illustrioribus ea miraculis conuiscare fecerit; quo possint ad maiorem Dei gloriam, sedis Apostolica interveniente autoritate honorificentius elevari. Quod superest oro clementissimum Deum, ut Cartusias omnes per universum christianum orbem diffusas suis donis adaugeat, et me meritorem omnium faciat participem, Ruræmundæ, 10 Aprilis anno 1608.

Et hæc quidem artes, sane admirandum quod essentur corpus hoc integrum suis adhuc pro maiore parte membris coherens reperitum esse post annos 137 ab hac vita in eorum migratione, et polles præsertim indeque duo nimirum scriptio instrumenta, quibus ad communem Ecclesie utilitatem plurima exaravit volumina integriores reperti. Quin etiam eximius Magister noster Doctor Petrus Pollino decanus ecclesie cathedralis Ruræmundensis nobis enarravit, caput, cui peculiaris reservatus est honos, perspulchre exornatum etiam insignem odoris fragrantiam redolere.

Vita V. P. D. Dionysii Cartusiani

Cuius imago hæc est et circumscriptio, quære

Forma torcularibus tot varietæ sacris?

Estatici Petrus est, cui nomen ab Ordine nostro

(Non a fonte sacro) Cartusiense fuit.

Namque a fonte sacro nomen Dionysius illi

A gentilitis stemmate Ryckel erat

Cureta quis enumeret, quæ prodigia edidit orbi!

Chæumata sunt (quotquot condidit ille) libri.

Mentitur qui te totum legisse fatetur
 Par bagastensi qui potes esse Patri.
 Liquesti terras sed non te terra reliquit
 Ingenii foetum possidet illa tui.
 Magnae Patet, si vel leviter te posthuma tangunt
 Aspice partem animae nos, Venerande, tuae.
 O quis erit qui te divorum interserat albo?
 Ille mihi tecum jure colendus erit
 Cuyckius unus erat, qui te voluisset honore
 Moactum isto, sed quis Cuyckius alter erit?

I

Invidet infestatque sacras illius athenas
 Dux crebi, caeli spuma, reserget Hydrea:
 Et ne victimas condant per saecula chartas
 Perstrepat, et totum territat ille laeum

II

Hic viles larvas, lemuresque jacentis Averni
 Rite flagellatos vertere terga jubet.
 Ex quibus eluctans hic refractarius unus
 Per caput apprensus tentat invire fugam.

III

Pontificem Eugenium, cum librum evolveret olim
 Isidori Patris, sic memorasse ferunt.
 Laetetur tali foelix Ecclesia prole
 Cupus foetura est gemmeus iste liber

IV

Curatoris agens vitam convertit Apellam
 Quem mos ruralis Cuvio tingit aquis.
 Quis neget Aethiopem vitam mutare autemque
 Posse suam, quando verpus apella potest.

V

Sedis apostolicae Legatus saepe vocatum
 Hunc accinisti maxime Cusa virum
 Cujus consiliis et verbi falce repressum est
 Infelix lolium, zizaniamque reser.

VI

Inter patricios proceres dum forte perorat
 Liber et alata ad sidera mente volat
 O quoties celsam suspendit in aethera mentem!
 Extasis haec illi publica lusus erat.

VII

Hanc velut Hippolyten armabat Amazona, Damon
 Quam bonus hic monitis dedocet arma Pater
 Succuba praeterea ne fiat demonis uiget
 Cum quis eam fascinet ecce docet.

VIII

Mentis in excessu fatalia multa mirantem
 Sensit, et extentam Numinis esse manum
 Offert pro populo se praedem macturus; et audit
 Jam mala per longas invaluisse moras.

IX

O dictu quoque grande nefas! Pater arma parabat
 In gnatum (Princeps iste, sic ambebat)
 Interea Christum pacem Dionysius orat
 Illius ad primam mosque refusa precem est.

X

At tu sume pedum, non hastae ludia Praesul:
 Quid tibi cum gladio, cui sacra mitra data est?
 Praesul ad haec velut incantata obviavit aspis
 Atque flagellatus caelitus aeger abit.

XI

Præsulis hos vultus post funera ahenos
 Athiopes inter (triste satellitium!)
 Cui cum sacra precum suffragia forte roveret,
 Avertit vultus et gemitibus abijt.

XII

Angelicus chorus est vigilum conspectus ab illo
 Saepe revertenti cuilibet ire comes
 Fungebant laterique latus lumineque ferebant,
 Sed quod inocciduum nocte dieque micat.

XIII

Patris post cineres post tristia funera mortam
 Vidit in igne animam (lustricus ignis erat)
 Innumerasque alias tenues sine corpore vitas
 Saepe precabundas vidit adesse sibi.

XIV

Angelico monitu edificat (ne nocuus erret)
 Cartusiam austriacis magne duodolphe tuis;
 Quam Byzantiorum Sophia de nomine dictam
 Multis infundat Piccia Aleydis agris

XV

Vocibus inflabat modulatis organa Psalter
 Phonascus, cum mox ecstasis ecce subijt.
 Linguitur hic animo, terret hominesque valet
 Nam fugiens terras spiritus alta petit.

XVI

Dux Burgundus hic est Bonus et re et voce Philippus
 Sed tamen hoc meliore nomine saepe fuit.
 Quod Dionysiaca fuit admirator, et idem
 Auditor (quoties adfuit ille) tubae.

1608

XVII

Cernuus incumbit precibusque fatigat Olympum
 Proque anima hac misera Numina poscit opem
 Audiat ac aures mox inclinavit Olympus
 Non tulit hoc Dæmon sed pius ultus abit.

XVIII

Luce superfusa templi chorus emicat atque
 Luce mundanæ lucæ tegit ista domum.
 Index illa fuit reducis Patris lupus ab urbe
 Qui lucæ alma suis et fubar orbis erat.

XIX

Spiritus alta petit; mox sistitur ante tribunal
 Hic ratiocinium reddere jussus adest.
 Omnibus in tentina congestis tumque libratis
 Prægravat hinc lancem lana onerata libris.

XX

Omnibus hic vitæ superatis casibus ævi
 Hoc quodcumque fuit claudit et æger obit
 Nec tamen aegrescat virtus illius, at æque
 Sola Cæco moritur mens velut borpes abit.

R. P. Bernardus Baubusius S. J.
 in Dionysii Ribbelii Cartusiani laudem.
 Est qui per populos centum vagus errat et urbes,
 Et patuli mundi permeat omne latus:
 Hic matutinos Seres, serum ille Matinum,
 Hic Boream; medium visit at ille diem.
 Ast ego dum visi, latui Cartuside cella
 Hæcæ mihi Ebula, Lunæ Roma Japonque fuit.
 Nec tamen ignorare nimium; sunt clara Ribbeli
 Nomina, per populos me meæ scripta rebus,

Jamque adeo populi me norunt quattuor, Hesperes
Romulidae, Sine, Sauromatæ, Numidae.

D. Gisbertus Prior
impetrat cellam
a Ser^{ma}
Infante interventu
Marchionis d'Ha-
verei.

Venerabilis Prior noster assidue cogitabat quomodo hanc domum
promoveret, et quomodo formice congregant in aestate pro tegere;
sic ipse e contrario in ^{hujus} laborabat quomodo in aestate continuaret
opus fabricæ. Scitatur expertus liberalitatem Archiducis, animum
adfecit Ser^{manus} Infantem interpellare quod altera Isabella filia
regis Portugaliæ uxor Ducis Philippi Ioni in antiquo mo-
nasterio suo cere et proprio motu tres cellas edificari jussisset. Res
plena difficultate apparebat ac nimis importuna, nam Archi-
ducum officiales dicebant cellam priorem æque aut magis
Isbellæ nomine quam Alberti datam fuisse, tamen instan-
tâ ac favore Marchionis Haveræi in istam quoque consense-
runt Principes pietissimi et magnificentissimi, quod Marchio
renunciari jussit ante festum Pentecostes prout testis esse possum
nam aderat mihi P. Vicarius quando hoc ipsum Venerabilis
Prior illi indicavit.

Quamvis Venerabilis Prior se totum impenderet et superimpen-
deret ad promovendam hanc domum, nec facile dicere est quas
molestias et labores subierit in sollicitandis prædictis negotiis
et aliis in quibus effectum sortiri non semper potuit, præstolans
in oculis Principum et Magnatum eorum affatum et colloquium
(audientiam vocant) multumque Commissarium Van Botten
(qui touples habebatur sollicitavit interventu etiam prædicti
Marchionis ut de proprio cere conferret in fabricam hujus
domus, sed ille animo non inclinabatur ad tam gravem
elemosynam, sed et corpore declinabat ut esset fabula in
commissis Principum qui ipsi de adventu Prioris Cartusia-
norum minabantur ridicule (non enim potuit Venerabilis

D. Gisbertus Prior a privatis hominibus integram unquam cellam impetrare quod
 Beatus ab
 archiducibus et alii Priores Ordinis observarunt et ego quoque intentionem epus
 Senatus Bruxellensi
 cellas obtinuit perspicuens satis augurabar nullos fore qui absque alia obliga-
 que sunt pa-
 rentes patie-
 a privatis au-
 tem Dominis fore secundi Prioratus idem tentarit et sollicitaverit apud
 minime eum
 non haberent archiepiscopum Cameracensem, Nuntium Apostolicum, Beta-
 nec obligationem
 nec demotionem
 pro tanta
 summa. Archothorum et alios, quod satis pueriliter factum est sed ina-
 niter a quibusdam aliis Religiosis cum aliqui Magnates huc
 advenirent aut qui divites habebantur. Non hi erant milites his-
 pani non sollicitator D. Petrus de Leon, in cuius gratiam, non
 fama nominis nostri allecti de cere regio in commune conferebant.
 Quidquid etiam sic D. Gisbertus ageret suis conventualibus
 non satisfacerebat majora sperantes a comprofesso suo D. Hercule.
 Quare scribunt ad R. Patrem et Capitulum generale summis
 precibus predictum P. Herculem Winckelium professum hucus
 domus Priorem hinc domus Lovaniensis et Visitatorem Pro-
 vinciae in Priorem hucus domus una cum Religiosis sub-
 scribunt etiam Conversi, duo tamen juniores Religioni
 non fuerunt interrogati, ne rem proderent aut tergiver-
 sarentur subscribere. Dominus quoque Procurator Pro-
 verus vir mitis et quietus eque adduci poterat ut subscri-
 beret, donec P. Convisitator suggestit totum negotium peragi
 cum scitu et beneplacito P. Visitatoris, sic non fuit difficile
 postulata obtinere utroque Visitatore favente et rem promo-
 vente. Hinc etiam calumniam postea sustinuit P. Visitator.
 Ignoscant mihi Venerandi Patres qui haec forte legent nam
 videbimus quam parum prospere res ista successerit, unde
 necesse est ut haec scribantur ad praecavendum futura, aut

oportebit nihil omnino scribere.

Hæc omnia latebant Priorem nostrum, qui de alio quovis Priore absolvendo tractari potius quam de se putasset; verum nihil tutum in obedientis Ordinis et bonum illi fuit nonnihil humiliari et postea patebit.

Pater Hercules nunquam sibi majus nomen acquisivit quam in domo Lovaniensi, quam ædificiis completam et personis idoneis instructam invenit, ex his quasdam promovebat ad officia, (qui esset etiam Visitator) alias in subsidium aliarum domorum mittebat; et in earum locum juvenes recipiebat, qui ex patrimonio dotem domus satis tenuem amplificabant. Hinc fiebat ut domus Lovaniensis pro seminario totius Provincie esset et merito haberetur a cunctisque Religiosis P. Hercules erat in veneratione et amore magnamque prudentiæ et ceterarum virtutum opinionem adeptus erat, nam in parvis domibus quibus præfuerat his præsertim tumultibus sub modio virtutes eius latebant, Recepit immediate ante dicesum Philippum Buysset qui 100 florenos et D. Petrum de la Hay qui trecentos et amplius florenos annue contulerunt.

Capitulum generale in Cartusia celebratum est 5 Maii et sequentibus.

Obierunt 56 monachi, 21 Conversi, 4 Moniales, 4 Donati; persone 89, Jacobus Amigo Donatus scilicet Dei ætate centum et septem annorum.

M^{us} et R^{mus} S. D. Carolus a Rotharingia Cardinalis episcopus Argentinensis et Metensis singularis benefactor et factor Ordinis: longo temporis spatio jacuit in lecto perclusus omnibus membris et ut ferebatur intoxicatus adiverat cum sorore Ducissa Clivia Montem acutum, et non longe post,

per mortem ex his doloribus liberatus est. Nam bona mors est homini
 quæ extinguit vitæ mala, item Mors ipsa morborum medicus est
ultimus. Et ut sa Puteano dicam: si verum amamus, mala mors
 non est, nisi male vivendo facimus. Bona est, quæ ad vera et durata
 ra bona animum corporis vinculis solutum transfert a dolore ad
 gaudium, a labore ad gloriam, a tempore ad æternitatem.

Et ipsemet Lotharingicæ Ducæ Carolus III hoc mense obit (ut
 referunt historici), vita decedit, fuit sui sæculi delictum, pacis
 amantissimus, avida religionis studio effervescens, omnibus carus.

Illustris S. D. Constantinus a Bragantia nepos Ill^{mi} fundatoris
 Scaldæ Cæli in regno Lusitanicæ.

Nobilis et magnificus D. Nicolaus a Franconon Hierosolimitanus
 eques, et Friburgensis Helveticorum Prætor magnus. Ordinis
 amicus fautor et protector Cartusiarum Partis Dei et Vallis
 sanctæ, quæ Domus sunt in Gebenensi provincia.

Habetur in hac carta Nobilis Domina Simona Godintha
 vocitata benefactrix Cartusicæ Ulyssiponensis quæ obiit 17^{to} Octob.
 1594 de cuius bonis præcipue fundata est dicta
 domus, sed intenderat aliam Congregationem fundare, verum
 intentionis commutatio a Clemente VIII impetrata est, ut ibidem
 dixi.

Vide fol.

Item Nobilis Violanta a Carulo benefactrix dictæ domus
 quæ obiit 14 et hæc tres habuerunt Anniversarium perpetuum.

Ordinatio Provincia

Priori domus Brugis (D. Joanni Baptistæ Danielis professo domus
 Lovaniensis) ad suam magnam instantiam fit misericordia,
 et præficiamus in Piorem dictæ domus S. Gisbertum professum
domus Lovanii propterea a Prioratu domus Brussellæ absolu-
tum. Et Prior absolutus eligat sibi Domum ad formam Statuti.

Et D. Guidonem in Vicarium et D. Michaellem Procuratorem dictae Domus per Visitatores institutos confirmamus.

Priori domus Sylva S. Martini (D. Joanne Nanningio professo domus Leodiensis) fit misericordia et praeficimus in Rectorem dictae domus D. Guillelmum Procuratorem domus Lipae, verum fuit institutus in Priorem domus suae, nec credo predictam domum adesse, in cuius locum fuit subrogatus D. Jacobus Dionysii ibidem Vicarius professor domus Gandensis. Et D. Joannem Menium in Procuratorem super annum institutum confirmamus, fuerat Procurator Monialium.

D. Nicolaus hospes in domo Diestensi revertatur ad domum Brugis suae professionis.

Priori domus Gandavi non fit misericordia et D. Laurentium (Seriant) professum domus Lovanii super annum in Vicarium institutum confirmamus et frater Henricus professor domus Brusellae revertatur ad ipsam domum suae professionis in qua huc usque exercet officium hortulani.

Priori domus Leodii alibi instituto fit misericordia et institimus in Priorem dictae domus D. Joannem de Steclant propterea a Prioratu domus Saphiae absolutum.

Priori domus Brusellae alibi instituto fit misericordia et praeficimus in Priorem dictae domus D. Hexulem propterea a Prioratu domus Lovanii absolutum.

Priori domus Saphiae alibi instituto fit misericordia et praeficimus in Priorem dictae domus D. Michaellem (Yenna) propterea a Prioratu domus Leodii absolutum et D. Etelchior professor domus Lovanii ibidem hospes vadat ad domum Diestensem ibique exerceat officium Procuratoris.

Priori domus Lovanii alibi instituto fit misericordia

et concedimus Conventualibus electionem novi Prioris, qui elegerunt D. Joanne Emmechovium Priorem domus Hypranc, in qua Domo remansit D. Guilielmus Prior per electionem suorum Conventualium, qui erat institutus Rector Sylvæ.

Et D. Petrum (Lamberti) professum domus Lovanii super annum in Procuratorem domus Morialium institutum confirmamus.

Eccc quanta mutatio Priorum nec sic tamen quievit Provincia, quin sequenti anno per Visitationem Patrum Commissariorum major secuta fuit.

Sex Priores professi domus Lovaniensis uno omnino absoluti, ceteri translati de una domo ad aliam. eisdemque tempore institueruntur eis quinque erant professi domus Lovaniensis: D. Joannes Baptista Danielis Prior domus Brugensis absolutus, D. Michael Jensema Prior domus Leodiensis, D. Gisbertus Peubusius Prior domus Brussellensis, D. Joannes de Steclant, Prior domus S. Iohannis, quintus D. Joannes Emmechovius Prior domus Hypranc electus in Priorem domus Lovaniensis sue professionis, et qui non fuit translatus D. Arnoldus Heavenius Prior domus Gandavi, qui fuit sextus Prior professus domus Lovaniensis uno eodem tempore

Ex statu Capituli generalis Provincia Beuthonia debet domui Cartusie — 34 v

D. Hercules Winckelius iterum Prior domus huiusmodi prius Brussellensis. Prior domus Capelle et Visitator reversus ex Cartusia ad domum suam in Vigilia Pentecostes, feria secunda misit famulum cum carta ad D. Herculem Lovanium, feria igitur quarta D. Hercules Winckelius installatus est Prior septimus novæ domus deducente ex D. Gisberto Priore absoluto et D. Vicario et post refectorium profectus est ad domum Capelle ut loqueretur

Patri Convisitatori, et ut de omnibus gestis in capitulo plenius informaretur.

Novitius noster Jacobus quamvis interfuisset refectorio nobiscum non sciebat tamen nos habere novum Priorem; putabat enim P. Herculum ratione officii Visitatoris praesidere, quare in spatiamento intelligens P. Gisbertum a Prioratu hujus Domus absolutum, qui eum haecenus verbis et piis exhortationibus consolatus fuerat hac mutatione plusquam vini aut cervisiae sumptione turbatus protinus animum defecit, nihilominus consolabatur se hac sententia viro forti omne solum patria est resolutus hinc emigrare et longius abire ita ut nunquam aliquid certi de eo postea audiverimus, vesperi omnia in cubilo evertit et cuculum abiecit, P. Vicarius sub finem matutinarum ecclesia exiens vestes saeculares ei reddidit, coronam jussit attondi et Procurator pecuniolam aliquam dedit, itaque cum eluxisset summo mane nemine salutato monasterio excessit. Inat juvenis boni ingenii humanioribus litteris probe excoltus, fortem et sonoram vocem habens, ut dum legeret in refectorio vis earum aures ferre possent, quamque excolbat in cella, in cantu sese strenue exercens. Quamvis tenuioris esset fortunae elatum tamen habebat animum, Magistrum non patiebatur nec satis ceteris religiosis deferbat cum esset pauper et externus, ex gallo-Belgicis provinciis: Domina quae ipsum aluerat in studiis et vestes dederat (quas etiam repetit ut aliis provideret) admovit nostros ut non nisi suae nationis juvenes in posterum reciperent cum quibus melius convenirent. Hinc exiens qui fuerat Novitius, petiit veniam a P. Vicario, atque vicino vale dixit indicans interim quam amore fuisset in ipsum animo, quod jussu P. Vicarii ipsum

observans ad eum saepius detulisset prudentius agunt Magistri qui suos novos alumnos a contradictione linguarum protegent ac in spiritu lenitatis instruunt. Nescio quid in hoc Novitio deliquimus plurimorum postea Novitiorum defectionem pertulimus, nec erat qui ad professionem perveniret. Solliciti sumus ne super nos cadat quod Dominus dicit: Qui non colligit mecum dispergit, etc.

V. P. Hercules post susceptum Prioratum hujus domus aliquandiu abfuit in disponendis negotiis hujus provinciae, interim Conventuales ut postulatum a se Priorem amplius demerentur albo pane se privant quem solebant habere super hebdomadam in cellis et semper in refectorio. Reversus Pater Prior haec audiens subrisit dicens: Auferant et sibi vinum hebdomadale nequaquam prohibebo, et credo si institisset facile eos consensuros fuisse. Remansit tamen consuetudo ut in hebdomadibus Paschae, Pentecostes et Natalis Domini habeamus adhuc album panem in refectorio, nescio quo motivo nisi quod etiam tunc habemus liba ex oris confecta.

D. Gisbertus inheredit aliquandiu in domo post absolutionem suam ut redderet rationem et informaret successorem imo Patrem de statu domus et quia sciebat et noverat eum satis severum sollicitus erat et maestus de tam inopinata mutatione, quia domus gravabatur debitis contractis adhuc pro fabrica per D. Petrum Leonem p. m. et aliunde fere duorum millium florenorum, prout erat animo religiose generoso, corabaturque molestiam superare et dissimulare, neque etiam a recto et devoto deviatat satis erat in ejus facie maestitiam cordis animadvertere ac etiam Patris qui Antuerpia huc venerat, procul ab ipso futuri.

Interim salutavit Magnates Aulae et officiales Principis induans se accepisse successorem Visitatorem provinciae quem eis etiam commendabat nihilominus quidam ipsorum

agere tulerunt absolutiorem D. Gisberti, cupis indefessum laborem animadvertent in sollicitandis negotiis, ac suis partibus nequaquam defuisse, ac ei libenter cooperati fuerant quorum gratiam omni industria acquisierat, praecipue Ill^{mi} Domini Nicolai de Montmorancy Domini de Vendegies Comitis Esteriensis, qui dixit inter alia numquid damus illi quidquid petit?

Excellentissimus autem Marchio D'Havere viso P. Hercule dixit illum habere cultum veri monachi et tantum senectuti et gravitati ipsius petulit, ut diceret ne gravaretur amplius veniendo ad epus domum sed mitteret fratres laicos si quid peteret.

Cella litterae C edificatae nomine Ser^{mae} Ill^{ae} Clarae Eugenie Hispaniarum Infantis. Aedificavit igitur P. Hercules hac aetate cellam notatam littera C quam P. Gisbertus obtinuerat a Ser^{ma} Infante Principe nostra, atque epus nomine primarium lapidem posuit amplissimus Dominus de Robiano thesaurarius Finantiarum absque convivio aut alia celebritate habita.

Absolvit quoque stabulum equorum in area anteriori quod P. Gisbertus incolaverat destructo alio stabulo in ambitu cupis trabes eo transtulit et facessisset illi negotium aliqui pro non servatis servandis cupis tamen esset res necessaria et translata neque adeo magni sumptus.

Illustre miraculum circa venerabile Sacramentum Eucharistiae quod Favennae in Burgundia contigit. Hoc anno 1608 ipso die Pentecostes 29 Maii in ecclesia abbatiati B. V. Mariae Favennensis in Comitatu Burgundiae, cum sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum Indulgentiarum tunc concessarum causa supra Reliquiarium argenteum unius minimum marcae esset expositum: fortuitum autem incendium non solum ornamenta et mappas sed etiam gradum ligneum, quo illud sustentabatur consumpsisset, ecce Reliquiarium una cum angustissima hostia non

modo illam permanet, verum etiam absque illo fulore in
 dere suspensum, idque triginta trium circiter horarum spatii,
 et quidem in oculis universi populi tum Pavenensis, qui pro-
 tinus in ecclesiam adolat, tum locorum vicinorum ex qui-
 bus complura hominum millia accurrunt; permanet, inquam,
 in eo statu usque ad horam decimam matutinam diei
 martis Pentecostes: quo tempore vicino quodam parochus qui
 solenni processione illuc adventarat divinum Missae sacrificium
 celebrante et augustissimam Hostiam post primam eleva-
 tionem dimittente descendit sensim ac suaviter ex se ipso
 reliquarium recteque Missali insidet quod corporali con-
 tactum, ut majori cum reverentia exciperetur si forte cade-
 ret illi cum aliqua intercaesione suppositum fuerat. Quod
 suis oculis perspicere quam plurimi. His auditis R^mus Fer-
 dinandus de Longis dictus de Rey archiepiscopus Vesun-
 tinus ac sacri Imperii Princeps magistratos suos, qui
 inquirant eo mittit. Illi suo munere diligenter perfun-
 ti auditis juridice quinquaginta duobus integra fidei
 testibus adsibitisque aliis omnibus juris formulis retule-
 runt authenticeque declaraverunt, vera esse quae diximus
 adactis quoque multis aliis circumstantiis.

Desperata omni non pacis modo sed et induciarum
 spe Spinola cum Richardoto Kalendis Octobris Haga
 discedit ingenti pecunie summa prope ut fidem exce-
 dat in quavis munifice distributa. Interim regum
 Galliae et Magnae Britanniae legati duraturnas in
 plures annos inducias suadere. Quarum formula
 tabula inserta ad Hispaniarum regem transmittitur.

Ceterum quamvis in oppidis miles utrobique contineretur,

rapinarum tamen quas tanto annorum, quibus civile hoc incendium exarsit, curvulo imbiberant, necdum oblivis inducta erat. Hinc turme non paucæ, qui confederatis sacramentum dixerant titulo extorquenda a Luxemburgensibus pensionis mensuræ per aquam Juliacensem excurvunt ductore aquinis Adolpho Nassorio. Qui Berckam Rheni tenebant præsidarii onustis agrarium spoliis insidias parant, obsessisque itineribus inopinante circumdant imparatos sternunt, ipsumque Adolphum multo vulnere confodiunt, cuius cadaver postmodum Normagi, cui ubi præfectus datus fuerat tumultu illatum.

Venerat autem in Belgium a medicis fontibus Eburonum Gonzaga, Dux Mantua, et salutatis Brusellæ Archiepiscopus in Hollandiam arivum lacaturus excurrit, summo utrobique honore et veneratione habitus.

Quidam Luxemburgensis juvenis Joannes Mutzelere receptus fuerat hic ad osculum sed non rediit ad statutum diem, quod nostros non minima molestia affecit, quia erat multas possessiones possidens, a quo multum sperabatur, de quo recurret postea sermo.

In septembri D. Joannes Blitterswyck pro diaconatus et ego fr. Petrus pro minoribus et subdiaconatus ordinibus suscipiendis missi fuimus Alostam comitantibus nos Domino Procuratore et frater Judoco Mioro converso apud eum amicos hospitati sumus, potuisset etiam per etatem D. Christophorus ordinari sacerdos si ita P. Priori visum fuisset.

Obitus P. Martini R. P. Martinus Del Rio Antuerpianus e Societate Jesu
 Obitus S. J.

Salmantica ubi Doctoris theologi munus honorificentissime obiverat Lovanium reversus in morbum incidit, ibique in Deo obdormivit 19 Octobris. Quis quantusque fuerit in me-

Nusquam (illi) lividibus litteris philosophia, jurisprudentia, ac theologia præclara
 inanes quædam
 et vana lumen
 rationes; quæ
 minabantur
 sum Procurationis fuit Consiliarius Cancellaria Brabantia, no-
 adversa vel
 excipere et tol-
 rare fortiter, vel
 prudenter evi-
 tare; curare
 hominis esse
 dicebat, sapien-
 tis errata cor-
 rigere.
 ruit abque etiam sub P. Imrethorio ex Carthusia petita
 fuerunt.

Martinus Delrio tumulatus est in templo Fratrum Societa-
 tis Jesu Lovanii ad dextrum latus sacelli interioris, nullo
 saxo gravantur innoxii manes, nulla designantur tabella:
 solis piorum votis et lachrymis decorantur. Si quis volet hæc
 animo insculpet:

Subsiste: tangis terminum: Hic mors imperat.

Hoc Debuionis indicat tumulus tibi.

Marmor videre postulas? celos vide.

Hoc marmor illi est: orbis est bustum; Libei

Favilla; fama publica est inscriptio.

Lege hospes; et quod exprimas tibi selige.

Brevi est eundem; nam hospes es. Quæras viam.

In festo S. Simonis et Judæ frater Paulus Coppens Con-
 versus emisit professionem.

V. G. Friere pro more jam recepto invitavit Senatuum
 Bruxellensem ad convivium obtinuitque ab eodem ducen-
 tos florenos pro perficienda cella notata littera P pro
 qua jam dederat tempore P. Gisberti mille florenos.

13 Novembris ex hac vita migravit D. Hieronymus Audis
 Catalanus Hlenderensis professor Scala Dei primus Procurator

novae plantationis Mississippiensis cui etiam praefuit Pivoe ab anno 1603 usque ad hunc annum in quo obiit. Fuit vir valde industrius ingenii clari, et in agilibus longe exercitatus, ac praecipue observantiae regularis tenacissimus, qui primus pro augendis perpetuis redditibus istius domus insudavit, et pro impetrandis mille aureis perpetuis quos Dominus rex Philippus Hispaniarum secundus pro domo ista construenda promiserat adit curiam regiam et reversus est cum dimidia promissione impleta. Cujus memoria propterea sit in benedictione; habuit Monachatum plenum.

Origines Cartusianorum monasteriorum per orbem universum Aubertus Miraeus Brusellensis, Canonicus et scholasticus Antuerpiensis erudendo publicabat atque Reverendo in Christo Patri D. Herculi Winckelio Brusellensi ejusdem urbis Cartusiae Pivori vigilantissimo ac Beuthonice provinciae Visitatori dignissimo dabat, dicebat, consecrabat; sic enim exorditur epistolam dedicatorem: Non diu nec ancepsit animo deliberandum mihi fuit, vir reverende, cui munusculum hoc meum offerrem; tibi debebatur. Argumentum specta! Cui instituti res est, et tu inter sacri hujus Ordinis artistites pietate, doctrina, modestia emines, Jure igitur meritissimo hoc quidquid est tute censura submitte. Quid quod hoc ipsum proprie est tuum canobium namque catalogum quem damus ex Cartusiae vestrae Brusellensis bibliotheca accepimus, etc. Sub finem sic perorat: Conatum nostrum adfectus erga sacrum vestrum Ordinem jam inde a primis annis mihi innati titulo excusa vel quod malim amia. Antuerpiae, Kalendis Decembris 1608.

A. Patre Pivoe nihil aliud praeterquam artocream sive pastalitium accepit quamvis diceret se plures sumptus fecisse in impressione libri.

Eidem P. Herculi adhuc Pivori Cartusiae Lovaniensis nec non D. Theodoro Stumpwickio dedicavit etiam Chronicon Cartusiense

Petri Dorlandi quod eruedo publicabat hoc ipso anno D. Theodericus Petreus Cartusiae Coloniensis alumnus.

Hac infeme Ill^{mo} Dux d'Ormal instituit per suos apud Patrem Priorem et Conventum etiam armatis precibus ut cederent ipsi fontem Pippezeij pro suo horto in Anderlecht, non negabat Venerabilis Prior, sed petebat ut pro eo suis sumptibus deduceret fontem alterum in novum monasterium intra civitatem, cum hoc non succederet tandem petit censum annuum 24 florenorum pro dimidio cursu predicti fontis, quam postquam conditionem non solum acceptavit Dux, sed etiam ex sua munificentia eam ausit ac reprovomisit dare 30 florenos annue, et si non solverentur possumus recipere fontem, quod pactum peractum fuit accedente consensu conventus coram Notario et duobus scabinis atque litterae extant. Redemptus postea fuit iste reditus et totum fontem possidemus.

Anno 1609 Belgis albo notandus lapillo ob inducias 12 annorum conclusas inter Principes nostros et Ordines Hollandorum, de quibus mox dicemus.

Plures juvenes ad hanc domum veniunt postea successibili.

In principio hujus anni venit ad nos Lovanii ubi studii operam dabat Albertus Buscoducensis qui tanto ferore anhelabat ad Ordinem ut vis cibum caperet, post menstruanam probationem ejus vestitio dilata fuit quod alius juvenis Cornelius nomine Ultrajectensis supervenisset Colonia habens litteras commendatitias a nostris praecipue a D. Petreio, nam hos duos juvenes volebat simul vestire Pater Prior. Accessit et tertius adolescens infra vigerimum annum, Maximilianus natione Lovaniensis, pro quo rogatus fuit Venerabilis Prior ut eum quoque reciperet, et quamvis angustior

asset locus passus est pro tempore se exorari, nullus tamen ex his tribus perseveravit ut suo loco patebit.

D. Joannes Fran-
cisus hinc rece-
dit et laudatur.

In sollemnitate S. Josephi Venerabilis Princeps noster et Visitator provincie dimisit D. Joannem, Francisci professum Domus Henricii hic hospitem ad domum Sylva S. Martini, qui satis magno fuit nobis adiutorio in confessionibus excipiendis, et sermonibus habendis ad laicos, in privatis quoque colloquiis satis edificativus maxime oram secularibus; noverat enim exempla proferre ex Baronio et aliis auctoribus, aut aliud quidpiam spirituale evictare, nam meditationi et contemplationi prae ceteris vacabat et tam stricte servabat silentium, ut quadam die cum videret auferri stancam matulam, non ausus fuit furi inclamare ut eam dimitteret ne frangeret silentium. Imbecillioris fuit valetudinis, et tenuioris vocis, quae causa fuit ut forte dimitteretur. In diocessu aliquid humani admisit nescio a quo persuasus credidit se futurum Vicarium, et omnes ei ad nauseam congratulabantur: ipse etiam secularibus retulit se ad officium Vicariatus domus Sylva promotum, sed dum eo pervenit non aliud quam officium sacristae ei fuit injunctum, quare non cito admittamus congratulationes nisi bene certi de nostra promotione, et futura quia incerta nobis non promittamus beata. Vidimus tamen eum postea dicto officio in eadem domo cohonestatum, et quinque aut amplius annos modeste et laudabiliter functum.

D. Wenceslaus
invocatur ad
hanc domum

In epus locum Venerabilis Princeps evocavit e Domo Capella D. Wenceslaum Plenevaux professum Domus Delphensis (qui non ita pridem fuerat hujus Domus Coadjutor) ut epus consilio et opera uteretur quoniam vir erat

gravis, et qui in Ordine diu steterat: atque diversa officia in Ordine obierat, quique Prioris auctoritatem inter Conventuales, cum res postularet tueretur. Credo Priorem incepisse alienari a professoribus hujus domus, nam in postremis festis Natalitibus intervenit aliqua offensio: cum enim Conventuales vellent sedere

Priores libenter in nocturnis S. Stephani Pater Prior male informatus^{et} eo quod accederent patientur se a Vicariis instruitur candela putavit standum esse atque palam jussit eos stare; neque acquievit Petri Vicariis qui ostendit facto esse sedendum, Pater senior suadebat ipsi ut aliqua liberalitate et propinatione vini omnem hanc displicentiam auferret, sed respondebat nolle sibi tanto constare.

Prudentius simili in re se habuit D. Gilbertus anno 1629 cum male intellesisset P. Vicarium. Volebat ut celebraretur Dedicatio templi in prima Dominica Septembris in qua omnino necesse erat nova inchoare Responsoria, nec quemquam alium super hac re audire volebat. Veniens igitur ad Vesperas P. Vicarius vidit templum ornatum, candelas accensas, et accedens ad Patrem Priorem dixit non in Dominica die sed feria secunda proxime sequenti esse celebrandam dedicationem, cui protinus acquievit, et antiphonam Regnum tuum pro officio de tempore inchoavit, nam ordinarie P. Vicariis magis vacat his intendere et statuta revolvere. Atque Christus Jesus Dominus noster a Joanne Baptista se baptizari passus est, qui tamen deus verus, et homo ab omni prorsus sorde peccati immunis, ipsi etiam Joanni gratiam omnem qua praeditus erat contulerat, ut nos suo exemplo doceret, quibusvis qui nos docent vel hortantur vel reprehendunt subici etiamsi multo nobis sint inferiores aut imbecilliores.

Semel recepti eodem die S. Joseph P. Vicarius nomine P. Prioris post relectum non sunt dimittendi. rursus petit a Conventualibus an essent contenti ut Albertus

(qui difficulter poterat addiscere cantum) peteret locum in domo Capellæ, quod facile annuerunt quia plures erant postulantes. Verum Religiosi Domus Capellæ satis generose responderunt iuveni quod jure meritoque deberemus eum recipere quandoquidem admissemus ad osculum.

Prepropria re-
ceptio.

Finito mense probationis Cornelii Ultrapedensis in habitu seculari præponitur a V. P. Priore Conventui et admittitur. Novitiandus petebat instantè longiorè terminum ad suscipiendum habitum Ordinis quem illi Venerabilis Prior denegabat quod alterius vestitio nem tam diu distulisset ut hos duos simul pariter vestiret aut certe Novitiatem S. Joannis Baptistæ expectaret, quia intendebat sequenti anno ad Cantusiam ascendere et non potuisset eorum professionem recipere. Igitur paucorum dierum termino accepto vadit Lovanium, in reditu dum properat ut statuto die hic compareat in phrenesim incidit, pallium amittit atque se in pede lædit: dum disinctus et amens ^{errat} currit per campos, a quibusdam capitur et misericorditer in domo includitur sed dum dilucet parat infringere fores nisi fuissent reservatæ, atque in tali statu iter prosequitur atque Brusellas ingreditur, sed a quodam cive (qui hanc domum frequentabat) agnoscitur, rursus interceptur atque modestius ad hanc domum deducitur, ibi redit ad se et sobrios sensus recepit, dissimulatum est ac in meliorem partem interpretatum. Hoc illi evenisse imputabatur quod largius cervisiam Lovaniensem potasset proinde in ejus negotio processum est, feria secunda hebdomadis sanctæ una cum Alberto in cellatur, accipit bagistram D. Wenceslaum, post emotionem istam mentis nihil omnino adhæserunt illi febres, nec tam cito vestitus fuit

Indiscreta ac
improvisa vestitio.

quoniam proposuit discedere licet convalesceret sicut et fecit post duas an tres septimanas. Postea probavit adhuc in domo Lyrana, quamvis P. Visitator Prior noster dissuasisset nostris ipsius receptionem scribens in capite epistolae: Qui nocet docet. Unde etiam intra menem clam nomine salutate discessit relinquens scriptum in schedula supra mensam experiri se non esse aptum solitudini et proposito nostro, alias eadem bene affectus sicut non ita pridem adhuc testatus est Patribus nostris Antuerpicis apud quos celebravit. Vidi in scriptis ejus philosophicis depictum I.P.N. Brunonem emeratque imagines eremitarum, postea factus est pastor ruralis. Recessum ipsius a nostra domo intelligens D. Petreus rescripsit P. Herculi dolere sumptus factos sed tamen lege divina fessum ut qui formidolosus et corde pavido est revertatur in domum suam. Factus est postea sacerdos secularis.

Plures postulant.

Habuimus hoc rei multis spebus florens multos postulantibus sed nullus eorum eo pervenit ut vota ederet aut fructus perseverantiae et stabilitatis in proposito proferret: beneficia tamen et quasdam elemosinas accepimus a duobus aliis juvenibus Brusellensibus qui hoc tempore hanc domum assidue frequentabant. Unus illorum erat filius mercatoris parisiensis (in vico dicto Via lapidea) cognomine du Bois, qui in cena Domini plurimas candelas cereae albae nobis obtinuit ex sacello suarum Celsitudinum, puto eas credidisse nos eis egere pro solemnitate officii horum dierum, nam et miserunt qui interrogaret qua hora cantaremus officium crebritarum, quod a tenebris his diebus nomen habet apud seculares, forte ventura si commoda fuisset

illis hora, nam et sub P. Leone visitarunt monumentum quod in capitulo creaverat perque ecclesiam transierunt, alias adhuc ad fores astiterunt, sed tardiore fuit portoribus ad aperiendas quod jam se quieti dedit. Candela predicta

*Hebdomada san-
ta plures conde-
las ex sacello sua-
rum lesichidinum
habuimus et apud
nos hoc dies egit
illius marchio d'Ha-
vere.*

divisa fuerunt: quaedam habuit sacrista pro majori eccle-
sia, alia datae sunt in sacellis ad portam et in schuet. In
cena Domini et duobus sequentibus diebus divino officio,
etiam refectorio et mandato interfuit Ill^lmus Marchio d'Ha-
vere vinumque conventui propinarit, sicque haec septi-
mana non penitentia sed letitia visa est propter gra-
tiam a Novitiis etiam nobis praestitam.

*Du Bois dat velum
rubrum ex serico
ad porrigendum
calicem.*

Insuper praedictus juvenis Du Bois pro diacono ad porrigendum
calicem sacerdoti dedit pulcherrimum velum ex serico rubro
filo aureo intestum quod constitit 6 aut 7 florenis, legit
lectionem in ecclesia, ex devotione transitoria satis appare-
bat non habere compunctionem aut verum propositum
suscipiendi conversationis sanctae habitum.

*D. Gaspar Ruffin
dat casulam et
antependium ex
holoserico rubro.*

Alter juvenis erat moribus multo magis compositus et interna de-
votioni deditus, noster, inquam, magnus benefactor D. Gaspar Ruffin
mercator item serici panni, qui hoc anno dedit ecclesiae pulcher-
rimam casulam et antependium ex rubro holoserico et plura
alia ornamenta post aliquot annos.

Hos duos juvenes Venerabilis Prior commendaverat in capitulo
tanquam devotionem intrandi nostrum Ordinem, hortabaturque
eos in ambitu forte existentes ut sumerent nobiscum penes
ad ostium refectorii, sed adhuc sibi deliberandum dicebant, ambo
vinum aliquoties conventui propinarunt ac in refectorio comede-
runt.

Hoc verno tempore Venerabilis Prior edificavit murum a
cella notata littera P quae dicitur civitatis (quam primo

abitus retro
cellas versus
plateam aedifi-
cative.

inhabitarit Albertus Novitius) usque ad portam horti, qui valde
erat necessarius, nam ex platea videbamus in ambitu, et pulsantes
ad ostium S. Vicarii facilisque transitus erat ad domum,
perius etiam canibus; quo erecto abscondebamur non parum
a secularibus et custodiebamur a domo hortulani, quae erat
versus moenia. Propter hunc murum passus est calumniam.

S. Joannes a Blitterswyck pro tunc diaconus et infirmarius
intravit cellam notatam littera C. Ser^{ma} Infantis nomine
aedificatam, dum adhuc careret fenestris, ut praedictis postulanti-
bus faceret locum, quamque jam adhuc inhabitat.

Ubi Martii mortem optavit Joannes Guilielmus Clivia Dux;
tunc epus interitum subditi quod sine liberis interempto
videbant bellum belgium in se transferri. Habuit Missam
de Domina per totum Ordinem cum consorte sua filia Du-
cis Lotharingiae, quae post ipsum non multo temporis super-
stes fuit.

Induciae 12 an-
norum inter
Antiducem et
federatos hollan-
dos.

Reversus inter Antiducem et federatos de pace actum fuit tandem.
Antiducem et que post multos tractatus ultro citroque habitus induciae in 12 annos
factae et conclusae, et 14 Aprilis Antwerpiae publica praecoris
voce cum tubarum clangore promulgatae sunt. Qua publica
tione facta non Antwerpiae tantum sed toto Belgio maxima
passim laetitia signa exhibita, hic Brussellae in festis Paschali-
bus induciarum harum chronicon quidam hoc scripsit:

Belgia DIV DIscors fuit XIIIal. l. l. v. armis.

M. v. l. c. X. pers. LV. c. t. v. federa. pactis habet.

Post 43 annos bellorum datae sunt a Martiis Ira Induciae
nam bellum incepit 1566, et jam a biennio cessatum
fuerat ab armis ut recte impleatur propheta illa Davidis:
Quadragesima annis proximis fui generationi huic, et cum
jam cepissent esse pacatiora tempora S. Vicarius D. l'Apостоле

cum iremus in schuet in minutionibus curavit per fratrem Paulum
 Conversum referri imaginem miraculosam in suum locum, quae
 fuerat haecenus in sacello ad portam: Surge, Domine, in requiem
 tuam tu arca sanctificationis tuae.

Sed et Principes nostri pro gratiarum actione curaverunt magnificen-
 tissimum templum extrui forma rotunda in monte acuto ad Dei
 et Divae Virginis honorem ac primum lapidem cum hac inscrip-
 tione recte posuerunt:

Moen. I.

Albertus et Isabella Austriae Archiduces Belgicae Principes
 D. Virgini matri, quae per innumerabilia miracula in Aspricolle
 coli velle portendit, hoc templum funditus extruxerunt anno Chris-
 tiano C1910C1X.

Deo Opt. Max.

Deiparaeque Virgini Mariae

Magna in rebus afflictis auxiliatrix, Qua Mater est Christi potenti
 Qua Mater nostra est volenti, Quae collem saltibus asperum elegit
 Ut miraculorum fama inlyptum Super alt. montium culmina exaltaret
 Unde nominis sui gloriam cultumque per innumerabilia beneficiorum missilia
 Trendente ne quidquam haeresi, toto Terrarum orbe diffunderet
 Albertus et Isabella Archiduces Austriae Belgicaeque Principes
 Tutelari suae ac suorum Divae post civilia X4 amplius annorum bella
 Pacatis Belgicae Provinciis Publicae gratitudinis ergo
 Hanc basilicam a fundamentis excitaverunt anno parte salutis C1910C1X.

Primitiae S. Christo- 26 Aprilis, Dominica Quasi modo, S. Christophorus Focant primam
 phori ac parentum cantavit Missam sub qua communicavit pater ipsius cum
 Jus liberalitas et pietas. filio et genero, et sicut scriptum est oblatio justi impinguat
 altare, prestantissima ac optima ornamenta habuimus ex parte
 ipsius imprimis casulam ex argentea tela serico albo et viridi

intexta, cruce autem obscurioris coloris est: item antependium sed ex alia materia utpote ex serico diversis coloribus flavo pretiosissimum figurato, lectorium epistolarium ex eadem materia velatur sicut lectorium evangelii simili fere gaudet ornamento. Insuper pater eius dedit calicem argenteum (excepto pede) decoratum, albam, etc., quantum ad pitancias pro magnitudine divitiarum suarum magnificas conventui ministravit, et quos non nisi testato animi dolore P. Prior admisit verens ne Cartusiana sobrietate et modestia repugnarent, quamvis quotquot habent hic Brusellis parentes non minus preestare conentur.

D. Petrus de la Hay Cartusianam Religionem professus Lovanii et domui illuc multa confert.

Venerabilis Prior eruditus ex indiscreta receptione Cornelii cum videret et animadverteret alterum postulante Maximalium petulantiorum soluit reducere Lovanium, qua pergebat ad recipiendam professionem D. Petri de la Hay nobilis juvenis Insulensis qui legavit domui bona sua ex quibus recepit domus bene novem millia florenorum, si bene intellesi, nam Prior Lovaniensis abierat in Cartusiam. Hunc juvenem adduxerant Patres Societatis ad P. Herculem Priorem adhuc Lovanii ut placarent eum, nam conquestus fuerat illos juvenes a nostro Instituto amplexando deterere dicentes: quid eritis? quibus P. Hercules prudenter respondit: Omnibus qui religionem adierunt, propositum esse debere Velle nesciri, ut pro civitate Dei construenda profundum jacent fundamentum usque ad contemptum sui.

P. Hercules, ut ceperam dicere, Lovanii existens monuit parentes Maximaliani ut filium suum reciperent, quare paulo post mater venit Brusellas et filium suum secum adduxit persolutis, ni fallor, esepensis eius, ac in hac re Pater Prior non erravit, nam postea impetravit ancillam

domesticam quæ (citra ipsius consensum tamen) occidit partem suam et ideo cum colubæ sacco inclusa in fluvium projecta et demersa fuit.

Circa hoc tempus obiit quidam episcopus, cuius nomini parco, nam alias de Republica bene meritus est et de nostro Ordine. Qui cum visitaret domum nostram tempore D. Gisberti Prioris, rogatus ab eo, ut nobis cellam edificaret: petitionem hanc non solum ægerime tulit, sed et multis verbis Priorem de imprudentia redarguit, qui cum vellet exacerbatum animum dulci mitigare verbo, quod scilicet pro eo Deum oraremus; quasi vero, inquit, pro me orare non possem. Contigit etiam ut hoc ipso anno in agone mortis sue solus oraret, et nullus præsens adesset, qui cum verbo consolatorio exhortaretur aut animaret, nullus qui exitum anime epus ex hac vita pia prece muniret, nam mane inventus est mortuus in lecto suo. Prospera tamen non credo misericordiam Dei (quam aliis piis bonis operibus promeritum spero) ei usquequaque defuisse: moneatur tamen hoc exemplo prælati ut memores fragilitatis humane modestè petentibus respondeant, æque enim dulci verbo id quod petite si ratione careat, quam aspero denegatur. Nostri etiam ut prudentiores sint in petendo, nisi velint gravem summorum virorum redargutionem sustinere).

Capitulum generale celebratum est in Cartusia Belkai et sequentibus. Ad quod ierunt tres Priores provincie: D. Joannes de Steelant, Prior leodii, qui habuit Collationem sed expectationi de se conceptæ non satisfecit, D. Joannes Immechorius, Prior domus lovanii, qui habuerat administrationem bonorum Cartusie et Capituli in his par-

tibus, et D. Robertus, Prior Anglorum: nullus Visitatorum.

Obierunt 30 monachi, 24 Conversi, 2 Moniales, 4 Donati: personae 60.

A Cesare Eugenio D. Severus Turbidus professor domus Neapolis alias Turbidus valde laudatur in sacra Neapolitana qui si postremis vitae suae annis tantum negotium tanquam instructori non facessisset, plura spiritualia beneficia habuisset. Visitavit hanc domum Provinciam circa annum 1601.

Ill^lmus et R^mus S. D. Cardinalis Seraphinus Ordinis singularis amicus et fautor.

Admodum Illustrius et R^mus S. D. Joannes Bardinus archiepiscopus Avenionensis Ordinis amicus.

Reverendus in Christo S. D. Sulpicius a Prato, canonicus ecclesiae cathedralis S. Audomari, singularis amicus Cartusiae eiusdem loci habens Missam de B. Maria in 7 provinciis.

Reverendus ac nobilis S. D. Franciscus Gallart Canonicus sedis Terraconensis benefactor domus scaltae Dei.

Egregius S. D. Stephanus Ferrerius Doctor Theologus Prior et fundator Congregationis nostrae Dominae de Gracia in provinciis
Seculares

Ser^mus Princeps Ferdinandus magnus Urviciae Dux, ab aetate et laboribus confectus cui successit Cosmus filius habens in uxorem Abagdalenam Austriacam,

Illustrius Comes S. D. Octavius Bellus Ordinis specialis amicus, Consultissimus S. D. Petrus Gerardus a Sola Juris utriusque Doctor et Consiliarius regis catholici, benefactor Majoris Cartusiae

Nobilis S. D. Joannes Pitban civis patritius Franckfurdensis singularis amicus et benefactor domus Herbipolensis,

Honestus vir Joannes Le Clerc civis Noviomensis, benefactor Cartusiae eiusdem Noviomni,

Nobilis Domina Anna Maria Erstenbergem a Tricentum

uxor Illustris Domini Andree Hamnevaldi primarii Consilarii
Imperatoris, magna benefactrix Ordinis et maximo domo-
rum Ratisbonensis et Moolshemensis,

Nobilis Domina Isabella de Montecucolis, Ordinis benefactrix,
Honestam mulierem Maria Novallas, benefactrix domus Aulicæ Dei.

Primum hoc anno 1609 impuncta est Missa de B. Maria
in Conventu dicenda pro Ill^{mo} et R^{mo} D. D. Francisco Cardinale de
Sourdis Burdegalensi archiepiscopo et Aquitania Primate spe-
ciali benefactore et promotore novæ Cartusie (de Beatissima
Dei Genitrice Maria nuncupata) prope dictam civitatem
Burdegalensem.

Ordinatio Provinciae

Priori domus Lyrae (D. Guilielmo Willemis) a R. Patre Cartusia super
annum instituto non fit misericordia.

Priorem domus Sylva s. Martini auctoritate R. Patris a Visita-
toribus super annum institutum confirmamus. Is erat D. Jacobus
Dionysius, sed quia erat tantum Rector a Visitatoribus institutus
remansit in eodem gradu.

Priori domus Diestensis non fit misericordia et frater Joannes
Commotius Conversus professor domus Arvernicae eat ad domum
Colonicae.

Priori domus s. Sophie non fit misericordia, et D. Simonem
professum Leodii ibidem in Procuratorem institutum confirmamus.

D. Joannem d'Emmechoren professum domus Horanicae a Con-
ventualibus dictæ domus super annum in Priorem electum
confirmamus.

Priori domus Schenæ Anglorum non fit misericordia, et hoc-
tamum Conventuales dictæ domus ut se stabilient, et reverentius
erga suum Superiorem se gerant. Prior præsens aderat Ca-

pitulo; nec fuit audita altera pars quae brevi post prevaluit.

Ut visitetur dicta Provincia per Visitatores provinciae Picardiae cum plena auctoritate Capituli generalis etiam absolendi et instituendi Priores et officiales quoscumque. Hanc additionem approbamus; fr. Bruno, Prior Cartusiae.

Sed quae gravis fuit P. P. Visitatoribus, quorum neuter ad Capitulum ascenderat et dicebat P. Hercules istos Commisarios esse pontifices hujus anni quorum etiam auctoritatem expertus est. D. Baptistus Danielis professor Lovanii (qui fuerat absolutus a Prioratu domus Brugensis praeterito anno) factabat se illos impetrasse, quae qualiscumque causa fuerit eos mittendi certum est necessarios valde fuisse negotiis praedictae domus Brugensis, nam D. Gisbertus Prior tunc Brugis sollicitaverat apud suam Celsitudinem tota fere hyeme pro habendo monasterio S. Auberti, a quo episcopus Carolus Philippus de Roduan amoverat Moniales non longe jam post multas sollicitationes non aliter impetravit, quam ut vicissim cederet domum quam tunc incolebant Cartusiani, quibusdam Monialibus Ordinis S. Francisci, quas Ser^{ma} Infans omnino volebat esse provisas; obstupuit bonus Pater ad hoc responsum (nihil enim minus cogitaret quam hanc permutationem) sciens se inde non accipere satis magnum et evidens emolumentum prout aiobat ipsemet: hoc nihil esse. Reddidit qui vices agebat praesidis dari quod ipse petebat scilicet locum commodum pro edificanda domo sui instituti qualem exponerat solitarie vitae eorum convenire, poterantque locum dilatare sicut postea fecerunt successores, et madoere ut acceptaret gratiam Principis, sed cautior factis negotium retulit ad Patrem Visitatorem, qui statim incepit ei indignari, quasi pro emolumento,

Dammum retulisset domui et suis sollicitationibus, cum aliqua ex-
 probratione, aiens: Parturivnt montes prodiit ridiculus mus; et af-
 flicto afflictionem addebat (paterna aliqua autoritate) quod dis-
 cursando nomen sibi facere gauderet; respondit humiliter rem
 eo non esse deductam a qua non possit resilire, posse se renun-
 ciare donationi, tantum facturam se facturum expensarum,
 negotium suscepisse episcopo Brugensi favente, et ipso P. Visitatore
 consentiente qui illum eo miserat ad istam domum promoven-
 dam, et a biennio ordinatum fuerat ut Visitatores attenderent
 habitationi dictae domus quae si angustior deprehenderetur,
 quam ut sufficeret construendo monasterio Ordinis nostri,
 voluit Capitulum Religiosos alio dimitti. Ut satisfaceret officio
 suo P. Visitator cum suo collega Brugas profectus est, quamvis
 apud se conclusisset non dimittere domum, quam ipsemet
 Brugis existens Prior emerat, et jus hospitalitatis quod habebat
 in sepulchro de Hierusalem satis scrupulose vendiderat, remque
 totam retulit ad R. Patrem qui prolixas epistolas dedit ad P. Gis-
 bertum Priorem Brugensem se multum iudicio et pru-
 dentia P. Herculio tribuere atque exhortari de multis quae
 non cogitaverat. Quidquid agent homines intentio iudi-
cat omnes.

Auto intentionem P. Gisberti bonam fuisse quia spiritualis
 vir erat qui noverat cor sursum dirigere, quamvis generosa
 sat animo sed religiose praeditum sciam, et qui sub dei
 auspiciis incepit, etiam ipso auxiliante ad optatum finem
 pervenit ut postea parebit. Urgebatur interim ad resollen-
 dum utrum acceptaret monasterium vel non, quare
 cum essent Commissarii deputati ad visitandam provin-
 ciam supplicavit pro spatio maiori ad deliberandum, qui
 non impetravit nisi sex septimanas quare accelerandi

fuere dicti Commissarii qui venerunt circa principium Augusti.

Hæc in longum describere volui ut ostendam si generale Capitulum et Visitaciones decenter fiant nihil equius aptiusque ad conservationem Ordinis excogitare posse, ubi personarum acceptio locum non habet, nec affectionibus magis quam ratione reguntur negotia, nec optata responsio juste petentibus denegatur nec negotia dimittuntur intacta, et ut sitis memores laboris et patientiæ Patrum nostrorum. Sunt aliqui Superiores qui gaudent ingloriosos habere subditos, nec quidquam audere permittunt, et maxime ex instituto nostro se facere putant, quo silere et latere præcipimur: et tamen S. P. N. Bruno avium axillas in oblatione ascendere penitus ex lege voluit. Et B. Aegidius de Roya Astertiensis Doctor qui Brugis in pace quieverit, et post obitum gloriosus Adriano Dunensi monacho apparuit, eique varia celestis sapientiæ documenta dedit, inter cetera hoc illud est: Ut inglorius degas non consulo, sed ne gloriæ studium virtuti præferas, admones; nam impossibile est sole fervente corpus umbram non reddere; nec radiatæ virtute gloriam Deo non parere. Quis quis ergo veram gloriam tollit, virtutem ipsam sustulerit necesse est: qua absoluta relinquitur homini vita brutis simillima.

Primordia suas semper difficultates inveniunt, sed illa fuit major quam universalis Ordo sustinuit his proximis annis. Unde sequitur in carta:

Distributio expensarum factarum per V. V. P. L. J. Bertandum Chalup tunc Priorem domus Stephani et Brunonis et Visitatorem Provincie Lombardicæ remotivis, et D. Sidacum de Guelvar Priorem domus de Aniago Visitatorem Provincie Castellæ Commissarios per Capitulum generale anni 1607 de-

putatos ad Romanam civiam. Et per prædictum Bertrandum et D. Petrum Serval Priorem Montis Dei ac Picardie Visitatorem iterum ad eandem civiam Romanam per R. Patrem Deputatos, quæ expensæ ascendunt ad summam 1288 ₣ 40 solidorum. Et sic est distributa Provincia Euthonica 30 ₣.

Regressi sunt tres Priores feria quinta post Pentecosten, in qua solemnitate primum usi sumus antependio et casula ex holoserico rubro in quibus apposita sunt insignia Datoris Gasparis Ruffin, suntque phrigio opere picti tres reges qui offerunt dona Christo Domino. Curavit paucis post diebus Pater Prior fieri casulas pro quotidiano usu ex rudi materia, quæ fuerunt in usu usque ad annum 1638 et postea donatæ Bogardis spoliatis circa Chenas.

Ut redeamus ad statum patriæ via inquit Laurentius Beyelinc præconis induciarum pacta denuntiantis vos insonuerat, cum pristinus animorum candor redire cepit, mutua etiam littora urbesque frequentari, sicut ad unam Antuerpianam trimestri spatio supra 60 accolarum millia ex vicinis regionibus confluerint tanquam si in ea universi orbis conventus habendus fuisset. Etiam atria aulae Bruscellensis in singulos dies conferta vidisses Hollandis, quorum aliqui ingenue fatebantur se huc alia de causa non venisse nisi ut Ser^{mos} Principes propriis oculis intueri liceret. Supererat Ultræjecti religiosus Ordinis nostri D. Cornelius Beckhaut gaudens titulo Procuratoris, qui ex bonis domus suæ annuum stipendium accipiebat a Magistratu dum alii suos amicos et epines hic suos confratres revisit, et cum interesset matutinis apud nos tam exacte cantabat lectionem et Responsorium aliasque caerimonias observabat ac unus alius qui quotidie chorum frequentat.

mirabamur tenacem ipsius memoriam, et ne quidem negligeret emungere candelam post lectam lectionem, narrabat se in Domo Capella Novitium fuisse sed propter bella emissum, atque in Domo Coloniensi professionem fecisse pro Domo Ultrajectina. Hic post 10 annos certa de causa ad nostras partes transit collocatusque fuit in Domo diestensi cui et aliquam pecuniam attulit, nullus eo devotior in obsequiis celebrandis et in reliquo divino officio nullus eo in victu sobrius magis perhibebatur, ibique Dormitionem tandem accepit.

Venerabilis Prior noster et Visitator Provinciae, cui committitur per chartam Capituli curia domorum destructarum cum ipso (ni fallor) in Hollandiam se contulit sed non ita dissimulato habitu quin ab omnibus pro monacho cognosceretur.

Legati Persici. Circa haec tempora venerunt ad hanc civitatem peragrata jam bona Europaei orbis parte Optimates regis Persarum in proprio habitu visabantur atque ab archiducibus excipiuntur et muneribus excoluntur, petaruntque e Domo Principis de lignis supplicationem solemnem Venerabilis Sacramenti miraculosa, sed nihil eorum ad suos referre potuerunt, siquidem in reditu dicuntur a Pinatis occisi.

Post inducias ne Hispani et Itali milites rusticis graviores essent per arcus et praesidia distributi sunt, et in eorum commoditatem quibus in locis ut in arcibus Antuerpiensi et Gandavensi oppidoque Trajectensi hyemsque domicilia aedificata.

Verum in Gallia mense sextili intermissum die classium jussu regis pulsari iterum captum, jussusque miles in certum diem adesse, machinas ad arduam expeditionem

optare, centuriones ducesque in promptu esse, hinc variae cogitationes finitimorum Principum animos diversa cogitantes commovebat, in quam tandem regionem ea belli moles dirivanda esset dum alius in Cliviam, cuius imperium sibi vindicabant hinc Leopoldus Archidux Austriae, illinc Brandeburgicus: alius in Artesiam coniectando magis quam definiendo censeret. Brabantiae Dux Albertus Joannem Richardotum intimi senatus praesidem ad regem paulo ante miserat eum quod dum multa semotis arbitris frequenter miscuisset, et reditum maturaret Atrebatu in itinere 3 Septembris coextinctus est et eum eo una quidquid arcani regii sermonis pectore recondiderat, nisi quod potissima quaedam capita demuntari suo Principi iussisset cuius extremo colloquio se per mortis ingruentis violentiam prohiberi non medicriter dolebat. Quamvis vero vir ille fuerit, vel inde destinandum, quod Gallicanae et Britannicae paci ac Belgicis induciis feccialis interfuerit, nihilque eo superstite in Belgio serium et felix gestum sit quod non praesidio Richardoti ductum directumque. Cadaver Brusellas translatum in sacello Ven. Sacramenti ad D. Gudula conditum. Occurrit et illud menti quod hunc temporis audivi regem Galliae dixisse: deo Deum Praesidem e vivis rapuisse quod dignior esset caelo quam terra.

14 Septembris mortitur ^{Annus} episcopus Gandensis Petrus Damantius qui me suscepit ex sacro fonte, et a quo nomen sortitus sum. Licitiam dedicavit P. Arnoldus Thavensius librum de erectione Episcopatum in Belgio, verum antequam liber e prelo exisset morte praeventus est, quare haeredes et Capitulum S. Joannis cathedralis ecclesiae autorem remunerati sunt.

D. O. M. S.

Petrus Damant ex Praeposito Ultrapedensi et hujus ecclesiae decano III Gandavensis episcopus hic situs est, defunctus anno Christi MDXCIX aetatis suae LXXIX sessionis vero XIX. Hocpes abi bene precare et pro pii Praesulis monito Deum redamra.

Obiit ^{Ramus} ~~Ramus~~ ^{Curje} vita pariter et episcopatu ^{Ruricemundensi} defungitur
 Ritus ^{Honis} ~~Honis~~ ^{novem}
 Ritus cum magno sub exitum hujus mensis ^{Ramus} D. Henricus Curjeus, epus
 Belgii ^{Dolore}
 vitam ipso adhuc vivente et invito Descripsit P. Arnoldus Hba-
 vensius in predicto libro de erectione episcopatum. Hic ^{Ramus}
 episcopus elevavit ossa sancti viri Doctorisque extatici Diomy-
 sii Cantusiani, atque pro suis meritis in ordinem fuit spe-
 cialiter in carta Capituli commendatus. Tama ferebatur
 Marchionem Haverium vita qua defunctum at certe
 vitæ muneribus, nam in quamdam phrenesim aut ma-
 niam incidens non fuit amplius compos sui, quare
 ab officio publico quod gerebat in finantiis amotus jussu
 usoris in Lotharingiam abductus est ubi ipsa solebat com-
 morari et hæc quidem habitationis separatio causa fuit
 morbi Marchionis sed a Deo corripimus ut non cum hoc
 mundo damnemur nam et ante mortem pristinos sensus
 recepit et pie et catholice ecclesie sacramentis munitus
 obiit prout retulit Priori hujus domus D. Immechorio no-
 bilis illius Domesticus. Dux autem Archottanus gener ipsius
 successit in officium, nec tantum caput finantiarum sed
 et supremus aula archiducalis economus factus est.

^{Ramus} D. Andreas Gandenses quidem et Ruricemundenses sui præsulis, Bel-
 a Capella epis-
 copus Wigellen-
 sis Ord. Chartus.
 montium.
 gas omnes sui præsidio sed Valentiam et totum Ordinem
 Cantusianum incredibili dolore affectit Andrea Capella
 Wigellensis antistitis funus, de quo sic scripsit mihi D. Ber-
 nardus Gort Prior Massiponensis: Fuit comprofessus meus ex
 domo scilicet scalæ Dei provincie Catalonia, vir certe
 eximius, consummatus theologus, virtutibus exornatus
 ac præcipue dono orationis mentalis mirum in modum
 insignitus. Venit ad nos ex familia Societatis Jesu anno
 1869. Fuit primo Prior Portæ celi, deinde domus de Paulari,

postmodum Neapolis, deinceps Mediolani et Visitator provincia
Lombardiae: novissime autem anno 1584 domus nostra Scalae
Dei. Cui tunc commisit Ser^{mo} Dominus noster rex Philippus II
Hispaniarum visitationem quarundam Abbatiarum Ordinis
S. Benedicti et S. Augustini Regularium Canoniorum in Prin-
cipatu Catalonia, qua expleta creavit illum episcopum Urgel-
lae in quo multensum anno 1587 et resit illam ecclesiam usque ad diem
22 septembris anni 1609 in quo obiit octogenarius; fuitque
magnus benefactor Cartusiae majoris, Arce Christi et praefatae
Scalae Dei et habuit merito plenum Monachatum.

brexit quoddam
collegium Patribus
Societatis Jesu in
ca montes Pyre-
naeos in quo mul-
ta millia aere-
um consump-
sit.

Composuit cum Non fuit tantum pietate et meritis clarus sed et scriptis ac doc-
coset episcopus trina illustris. scripsit siquidem in Jeremiam Prophetam,
duo volumina sermonum pro
parochis suis
diocesis Diomede
catalanae, quae
typis mandavit.
item Meditationes succi plenas in Evangelia ex quibus concia
natares copiosam materiam pro suis concionandis sermonibus
hauriunt ut de se ingenue nobis fassus est R. P. Joannes
Van Haut celebris concionator Societatis Jesu in hac urbe.
Scripsit et Manuale exercitiorum spiritualium pro vitis
extirpandis et virtutibus acquirendis quod et gallice trans-
latum habui. Vide Bibliothecam Cartusianam, quae hoc
anno prodit in lucem studio et labore D. Theodori Petri
Cartusiae Coloniensis alumni.

Obiit ejusdem mensis 29 egregius vir Didacus a Villa nova
Domus de Amiago singularis benefactor qui habuit Anniver-
sarium perpetuum.

Circa medium Septembris Patres Societatis Jesu procurarunt de-
dicari ab Ill^{mo} Nuntio Apostolico Guidone Bentivol sacellum,
quod cum aliis aedificiis contiguis aedificare ceperant anno 1606,
cum huc usque sacra munia obissent in sacello hospitalis
S. Christophori quod est e regione.

Nostri etiam Cartusiani huc curarunt suum oratorium

dedidari per Reverendum episcopum Antuerpsensem ubi di-
vinum peragunt officium, nam formalem ecclesiam necum
habent, ad quam solemnitatem iuit V. P. Hercules Visitator
et Prior noster, qui me Meckliniam duxit ad suscipiendum
ordinem subdiaconatus ubi P.P. Commissariis locutus est.)

Circa Calendas Novembriis visitata est hæc domus per P.P. Commis-
sarios deputatos a R. Patre in ultimo Capitulo generali videli-
cet D. Petrum Serval Priorem Montis Dei et D. Martinum
Blencau Priorem Noviomni ordinarios Visitatores Picardie,
qui tunc non scripserunt cartam, sed reservaverunt suam
potestatem usque ad sequens Capitulum. Sed multas or-
dinationes fecerunt quæ fuerunt omnium optime servatæ,
et consuetudinibus hujus domus quasi fundamentales,
nam quamvis aliqua fuerint revocatæ, redierunt nihil-
ominus spatio temporis ad pristinum usum, quare non
gravabor hic referre.

Annotationes

Ante et post solebat fieri
pulsus Prima in estate
hora quinta.

* Expectet saltem finem
Collectarum post
monitionem cujusdam
Prioris.

P. Serval proprio motu prohibuit
sub ipsa communione
laicis ne communicarent sed separatim
cum Religiosis. Si spectatum
habeat ut tot accedant quot
mensæ capere potest, intel-
ligendum est de personis
eiusdem status.

Ordinationes factæ in Visitatione anni 1609

Juvenumque tempore pulsetur diebus feriatis ad Primam
hora sexta matutina.

Juniores professi accendant lucernas Patrum sub
finem Collectarum matutinarum et non hebdoma-
darius*, et non ferat hebdomadarius librum ab uno cho-
ro ad alium diebus sabbatinis.

Accendantur saltem duo tortitia diebus solemnibus
ad elevationem sancti sacramenti in conventuali Missa

Non communicent Religiosi cum fratribus laicis,
sed separatim.

Et quando thurificatur in Missa conventuali circa
Offeritorium debet diaconus incipere thurificationem
a pociña, et quando thurificat sacerdos super calicem

debet hostiam cooperire patena.

Diebus Minutionum non debet pulsari ad Completorium ante sextam, et in illis diebus non sunt vigiliae

Claudantur libri chori durante theurificatione diebus solemnibus ad Vesperas. Servetur consuetudo de Tricenario singulari persolvendo pro professoris Domus ultra quadrarium.

Addidit sequens Visitatio ut in fine Matutinarum sacerdos chorum non egrediatur donec per Ave cum Conventu persolverit et se signaverit.

Hoc non fuit observatum usque ad tempora D. Brunonis et Prioris incipiendo de profundis donec dicatur Pater noster et tunc sacerdos deponit caputium.

Sacerdos hebdomadarius in solemnitatibus ante Benedicimus Domino eat ad gradum altaris, ibidemque se signet et inclinet cum conventu nec intret vestiarium nisi finito cantu.

In Capitulo ad Pretiosa solus sacerdos aperiat caput et non totus conventus iuxta diffinitionem Cartusiae.

Sacerdos induens cucullam ecclesiasticam non eucat propriam prout in Cartusia.

Non signet sacerdos communicantes nec dicat Pax tecum.

Non differatur communicatio generalis nec anticipetur propter occurrens festum quantumvis solenne sicut diffinitum est in Cartusia anno 1607.

Sacerdos teneat manibus mappulam quando sedet in cathedra et non ponat super casulam.

Non dicatur in Collecta Omnipotens edificator post omnia loca nostra et civitatem hanc iuxta diffinitionem Cartusiae.

Dicatur in Collecta Deus cui proprium est, et eorum peccata dimitte non eorum ut diffinitum est in Cartusia.

In cena Domini sedeant monachi ad mensam Prioris ipso praesente, nec surgat conventus quoties incipitur homilia a lectore refectorii sed maneat sedens nudato capite.

* Notatio ex Sylvio et Passio.
Lector potest sumere pentaculum etiam in die jejunii, quia illud est inchoatio quaedam prandii, et illa interpositio temporis fit ex justa causa ne vires debilitentur.

Qui hoc ordinavit libenter postea revocasset.

In dicto loco fenestra posita est quae habet s. Hugonem.

Prima pars ordinationis utilissima est propter accessum secularium ad hanc domum. — Totis decibat nos ferre galeros ut habitus actioni responderet.

Non est nobis etiam opportunum.

Jam nominatim pronuntiantur in colloquio; debebant tantum benefactores et personas hujus domus legere in proprio calendario.

Litanice cantabantur ab hebdomadario cantore qui tunc erat P. Vicarius

Antea separatim a singulis petebatur gratia

lector refectorii non intret refectorium donec ad ostium a presidente pulsetur, nec faciat prorsus cum datur signum pro portione adferenda seu scutellis amovendis. Gaudeat lector refectorii pentaculo post ebissam ut in aliis Provinciis*.

Habebant monachi singulis diebus in Adventu et Quadragesima mediam pintam bonae cervisiae.

Claudatur muro porta quae est in parvo ambitu qua itur ad domum mulierum.

Spatiamentorum tempore monachi nunquam veniant ad aream anteriorem, sed simul maneat in horto sub oculis praesidentis, et dum foras tempore Minutionum egrediuntur non ferant galeros.

Monachi e refectorio non deferant quidquam ad cellas suas.

Prohibemus ne Conventus ascendat ad Dorale ullo tempore sive Rogationum sive Octavarum s. Sacramenti ad quidquam canendum cum hoc non conveniat professioni nostrae.

Non extinguat sacrista lampadem nisi inchoata pro Benedictus Antiphona in triduo ante Pascha.

Dicatur Dominicis diebus in Capitulo sic dicendo: Occurrunt hae hebdomada tot Anniversaria ut in I Part. Statut. cap. 37, § 7.

Navicula thuris ad Magnificat et Benedictus non referatur a P. Priore sed a ministris.

Litanice ab ultimo professo cantentur.

Diebus festis in processione cantentur hymni.

Conventus pulsata Gesta diebus abstinentiarum

quod erat molestum presidenti dum crebro pulsaretur ad ostium, sed etiam abstantia videtur omnino sublata per istam ordinationem.

Accesserunt et vinum quod ad tres principales sollemnitates invocatum est.

In parvis sollemnitatibus Reliquiarum et ibi non erat sermo tantum ducte candelae accendebantur ad matutinas propter paupertatem domus hinc temporis.

veniat ad ostium cellae Prioris, et Vicarius petat ab eo gratiam pro monachis.

Prohibemus Priori ne quid immutet in edificiis factis a defuncto V. P. Petro Leone.

Fratres non debent ingredi culinam pro pitantiis suis sed petant necessaria ad fenestram.

In sollemnitatibus detur bona cervisia fratribus in prandio et cena.

Accendantur quatuor cerei in sollemnitatibus.

Accendatur intortitium ab ultimo quando communicat diaconus.

Actum in Visitatione Domus Brusellensis die 7 Novembris anno 1609 per nos subsignatos ut fecerunt fr. Petrus Serval, humilis Prior Montis Dei fr. Martinus Bleneau, humilis Prior Domus Noviomni.

Sequens Capitulum generale anni 1610 ordinationes saliter confirmant. Ordinationes et animadversiones pro observantia Statutorum in singulis domibus Beuthonice per Patres Commissarios in actu Visitationis factas confirmamus, etc.

Opportuna fuit Visitatio huic Domui, nam Commissarii oculis ipsi suis conspexerunt quid arguerent et punirent sed silentio praeterire magis consultum est tantum miranda venit caecitas peccatoris, quem ex presentia tantorum Patrum tantum periculum a facinore deterrere nequiverit. Sic Deus permittit ut peccata in lucem veniant et arguantur et peccator salvetur: quae res magnum pondus attulit ad absolutionem ipsius Prioris.

In festo Omnium Sanctorum V. P. Petrus Serval Picardiae visitator et Commissarius conventualem Abbatem cantavit ea gravitate et cantu prout talem personam decebat.

In eodem festo sub finem Vesperarum D. Aegidius Sacrista

summum altare vestivit ornamentis nigris pro Vesperis apen-
de defunctorum sicut fit in plerisque collegiatis ecclesiis, hinc
tractus Conventus Placebo decantat et seculares majori devotione
afficiuntur prout notabiliter observatum fuit.

Patres Commissarios hinc recedentes ad domum Capelle se con-
tulerunt, et in ipso Visitationis actu D. Adrianum Dorpium
Priorem et Convisitatorem absolverunt, dederuntque Con-
ventualibus electionem, ad quam ut rite et secundum sta-
tuta se prepararent, interea domum Sylve S. Martini
adierunt ibique similiter fecerunt misericordiam D. Ja-
cobo Denys (qui fuit postea Visitator) quem remiserunt
ad domum professionis suae, ut ibidem fungeretur officio
Vicarii qui magis studio litterarum et quiete gauderat,
quam cura et sollicitudine temporalium, proficiunt.

Optima instique dictae domui D. Leevinum Jagere Procuratorem Gan-
densium virum economum et in exterioribus his exercita-
tum prout necessitas Domus requirebat destructa edificiis et
censu pauperum quem etiam in multis reparavit ac novos mi-
lites conscripsit, et nunc adhuc perseverat in officio Prioris
sed Gandavi. Repetentes Patres Commissarii domum Capelle
non concordarunt propositi in electione Prioris quare
instituerunt Rectorem D. Robertum qui erat Vicarius, et
Priorem absolutum fungi jubent officio Vicarii in quo
officio obiit. Nec adhuc finis nam D. Joannem de Steelant
Priorem domus Leodiensis ad se vocatum pariter ab-
solvunt, et ad simile officium Vicariatus exercendum
in domum Diestensem remittunt. In hoc Patre verificat-
um est ad litteram dictum Domini Salvatoris nostri: Spiritus
quidem promptus est caro autem infirma, nam

Optima instique
dictae domui
D. Leevinum
Jagere in Priorem
Sylve S. Martini
qui dictam do-
mum in multis
reparavit ac do-
micos providit.

licet repetita prostratione in Capitulo generali a R. Patre misericordiam petisset jam obtenta visus est in hac Domo nonnihil corpore languescere. Vix sesquiummum illi Domui (qua inter hujus provincie domos facile primas tenet) praeferat studueratque de omnibus bene mereri atque incunctanter necessaria postulantis administrari, propterea a pluribus amatus, epus absolutionis causam in N. professum domus Sophiae quem receperat ad Ordinem rejicientibus, quem P. Serval recenter miserat Leodium melius in exercitiis Ordinis instruendum, et Noritum Yensema quem ibidem pariter invenerat dimisit ad domum Lyranam, Priorem etiam D. Michaelem Yensema ab officio Prioratus absolvit, qui opera episcopi Puseoducensis ea de re quarelas deposuit apud Sedem Apostolicam, sed durum est contra stimulum recalcitrare, certe quibusdam videbatur D. Serval nimis facilis ad absolvendum officiales maxime quod non reperirentur ipsis multo aptiores, antequam tamen haec quarelae sibi imotescerent protestatus est apud praedictum D. de Steelant sub discessum ex hac Provincia se nihil in Visitatione domorum egisse contra dictamen suae conscientiae, nam ut ait D. Benedictus in Regula sua: Sciatis Abbas culpa pastoris incumbere quidquid in oculis suis Christus minus utilitatis poterit invenire. Et ipse Christus in Evangelio: Serve nequam quare non didisti pecuniam meam ad mensam et ego veniens cum usuris exegissem eam? id est deposuisses ad altare quod ferre non poteras, dum enim ignarus negotiator denarium teres alterius locum qui pecuniam duplicare poterat occupasti. Adponebat etiam P. Serval pro consolatione D. Steelant sibi

in animo esse absolutionem ab officiis petere a R. Patre quod etiam post paucos annos fecit prout admonet D. Bernardus: Martha semper insufficientis sibi et minus idonea videatur, aliisque magis id operis quod administrat optet imponi significans officiales semper aspirare debere ad quietem et vitam contemplativam cbaricæ, quæ procul dubio melior est et Deo gratior. Et ut certior fieret ejus vocatio voluit Deus eum abscondere in abscondito faciei suæ a conturbatione hominum. Præferunt autem domui leodiensi D. Joannem Brial professum Majoris Cartusie, quem ante ingressum Ordinis vidi Capellanum in Sancta Cruce Leodii, et fucus fuerat officio sacristæ in Cartusia satisque religiose ibidem conversatus fuerat, præteritoque anno amandatus fuerat ad officium Vicariatus in domo Cornacensi, ut vicinus esset et ad manum pro hac occasione, ut suspicor, ita ut aliquibus intrusus videretur; sed Patribus Commissariis non videbantur Conventuales concordæ futuri in electione alicujus saltem illo captivis et revera domum æconomice satis resit atque personis non paucis Conventum curavit. Sed ad pristina consortia reversus dedit in fine maculam gloriæ suæ habuitque sibi infensos Religiosos sed qui non prævaluerunt, diserat etiam R. Pater (ut dicitur) quam diu vivam noli timere penam, quem tandem debuit absolere cum ille loco cessisset; et quando Superiores contemnuntur res esse debet suspecta ne quid lateat, nam sæpe est aliqua Dei puniitio secundum illud Effusa est contemptio super Principes et errare fecit eos in invio et non in via.

Patres Commissarii sub discessum ex hac Provincia miserunt expressum Nuntium ad Cartusiam, qui ferret certas domorum Visitatarum et consulerent R. Patrem

super absoluteione P. Herculis Prioris nostri et Visitatoris. Visum est enim ipsius negotium magis arduum, ac clarum de manu Herculis eripere majoris debere esse facultatis, et ne quid temere agerent.

Frater Judocus Conversus missus fuit habente hoc anno ad Picardiam ad dictos Commissarios pro negotio alterius Conversi quem volebat hic retinere nec tamen obtinuit quamvis aliquot Religiosi subscripsissent sed remissus est ad domum Capelle.

Cum natione induciarum liber esset commeatibus ad utrasque partes ceperunt Hollandi suam heresim non segnus in nostris provinciis, quam nostri orthodoxam fidem in illorum promovere quare tam Archiduces nostri quam ordines confederati diversas senserunt constitutiones quibus cavebant suae quique religioni.

Circa haec tempora Princeps de Conde propter pulchritudinem uxoris suae incurrit indignationem regis Franciae Henrici III, quam ut declinaret profugit ad Ser^{mos} Archiduces Brabantiae, a quibus benigne susceptus et regaliter tractatus est, quamvis res maximos tunc temporis exercitus sub vexillis haberet, propter justitiam tamen iram eius non sunt veriti, quae erat plusquam leonis neque enim ea Declinatione et absentia eorum mitigata est sed etiam in caeteris terris persecutus est missis nobiles in hanc civitatem, qui Principem Condeum per insidias e medio tollerent, verum Archidux certior redditus Francos ad palatium Principis Auriac ubi debebat frequentiores advenisse misit milites corporis sui custodes et cives ad arma vocavit qui rem totam dissipaverunt. Princeps quoque Auriacus Bredam se conferens cum familia sua ab eisdem in itinere circumdatus

fuit existimantibus Principem de Condé esse in comitatu. Cumque in dies regis ira efferveret magis Archiduces consilium inierunt ad declinandas insidias ut eum clam mitterent Mediolanum uxorem penes se retinerent in aula quam et hispanico habitu induerunt. Deus quidem propter justitiae zelum inexpectato modo suas celsitudines ab omnibus periculis liberavit, sed Princeps Condéus magnam ingratitude reddidit domui Austriacae quae eius causa fere in discrimen venerat.

Bergerlinck hoc anno producit nobis in medium eremitam, ut cognoscat posteritas hoc aere requirere Paulos, Antonios vel *L'ermitage de St. Hilariion* non defuisse. In agro, inquit, Lutetiano eremus est *Mont Valerian* cuius loci natura, aperiitate situque non absimilis illis quas Aegyptus habuisse aliquando perhibetur. In hanc se Joannes indigena via dum adultus abdidit, duodeviginti annos hinc non egressus ac nullus hominum consortio immixtus, nisi quod furente bello civili invitus ad Catusianos aliquantum secesserat, et a proximo Luenei pagi curato salutari illo pane, et a vicinia cibariis in dies singulos refectus tandem hoc anno et eremi et corporis ergastulo relicto ad superna libertatis delicias evolarit, quas mente toties concenderat vere et christiane Abnicio tragedus: Non alia magis est libera et vitio carens, ritusque melius vita quae pueros colat, quam quae relictis manibus silvas amat.

Joannes Gbousset anachoreta in monte Valerio habitum eremiticum et album adolescens suscepit in Cantusia Parisiensi ibique sicut et in monte acuto inter pauperes standomicos tempore belli aliquandiu habitavit, et post 46 annos eremi

incolatus ad Superos evolvit hoc anno 1609. Sepultus 5 Augusti.
De eo Antiq. Parisienses, et D. Boterays in poemate suo Lucretia
nuncupato laudat viventem, ni fallor:

Imminet aethere prope vertice Valerius mons
Inclusi spelunca senis, qui limen eremi
Sex prope abhinc lustris non exiit, ille vetustos
Aegypti patres Syriæque horrentis adaequat
Qualis erat nigro qui pastus ab alite Paulus
Hircoutæque lupus tunica, qui Antonius haeres
Fortunate senex, qui summa a rupe jacentes
Despicias urbis opes, et vere Despicias, urbs est
Magna tibi, mons exiguus, provincia et ingens
Scurpea in horrenti Defossa ergastula saxo?

Circa principium anni 1610 fuerunt positae duae fenestrae
in magno claustro misericordia senatusque populique
Buxellensis ante cellam eorum sumptibus aedificatam
procurante P. Hercule Priore, aliae non nisi die post etiam
principium Prioratus D. Gisberti subsecutae sunt.

Quamvis Venerabilis Prior satis probabiliter sciret se brevi
absolendum ab officio Prioratus, non propterea abdicavit
desiderium promovendi hanc domum. In mandato mihi
Oederat ab uno circiter anno scribendi ad quemdam pre-
nem Luxemburgensem Joannem Numtzelere fratrem
uterinum D. Binsfeld Senatoris ejusdem oppidi, qui
amplas possidebat hereditates ac votum fecerat intran-
di nostrum Ordinem vel Societatem Jesu. Is a sesquiano
fuerat receptus ad osculum sed non comparuerat ad pra-
stitutum sibi diem, quod grave nostris accidit, qui
avidentius P. Herculem expetierat quemque noverant,

non nisi receptione juvenum domum lovaniensem promovisse, quibus ut obtemperarem commonefeci juvenem voti sui per litteras et certificari nos paratos esse eum adhuc recipere si reverteretur. Post elapsum annum a datis meis epistolis, ni fallor, rediit Brusellas. Amici vero epus et noti ipsius instabilitate et vagatione offensi caute me adierunt scire volentes si hic rursus postularet verum in domo adhuc non comparuerat, et quia elapsum fuerat tantum temporis post scriptas meas epistolas optime conficiebant modicam vel nullam habere devotionem, nescit enim tanta molimina Spiritus Sancti gratia. Venit tandem ad nos humaniterque ab omnibus receptus atque etiam mensae adhibitus, remanebat nihilominus in civitate secularium conversatione delectatus, qui epus bursam evacuare gaudebant. Excusabat tamen se non posse venire quod non satisfecisset hospiti suo. Venerabilis Prior adit hospitem et sponsoit pro eo, adhuc tamen procrastinabat ut P. Prior secundo hospitem convenire debuerit, et dicere ut provideret suae securitati, vadem se pro prodigio juvene nolle esse: scimus, ait, bene provisum de facultatibus quibus nobis satisfaciet, et post tot tergiversationes adhuc eum recepimus. Sive debuimus quanta olim discretionem et cautela suscipiebantur in monasteriis abrenuntiantes saeculo. Cum igitur (inquit Cassianus lib. 4 Inst. cap. 3) quis renunciatum saeculi negotiis in monasterium se suscipi rogaverit, non ante admittitur, quam diebus decem vel eo amplius proforibus monasterii excubans indicium perseverantiae suae pariter humilitatis ac patientiae demonstraverit, cumque omnium fratrum praetereuntium genibus provolutus, et ab universis refutatus atque despectus sit, quasi non

causa religionis, sed necessitatis obtentu monasterium optet intrare, imperiis quoque multis effectus experimentum dederit constantiae suae: et qualis futurus sit in tentationibus, opprobrii tolerantia, declaraverit: atque postmodum susceptus diligentia summa perquiratur ne de facultatibus suis intrescit ei, vel unius nummi contagio, sciunt enim eum sub monasterii disciplina diuturnum esse non posse, sed nec humilitatem aut obedientiam obtinere si in conspectu eius quantulumque pecuniae latuerit haecibi. Idem experimus de iis Novitiis qui aliquid dant ante professionem aut a se aliquid expectari sciunt. Novus, inquam, quendam, cuius pater aliquam pecuniam gratis contulerat pro edificatione unius cellae, spe tamen filium a nobis suscipiendum qui cum a Magistro tempore Novitatus reprehenderetur obtulit cappam auferendam P. Vicario ad quem detulerat suas querelas, quasi jam illi obligati eum dimittere non auderemus, postea rescipuit et suam levitatem deflevit, hinc tamen patet quam male nobis et Novitiis consulimus quando spe pecuniae ab illis accipiendae dicimus ad illos recipiendos vel retinendos, neque mirum si Deus benedictionem suam non largiatur. Hic de quo loquimur tandem monitis cognati sui Blanchart qui erat e societate socius et aliorum amicorum a suis consortiis avelli se passus est et nostro contubernio se adiunxit, ut rursus solitudinem et rigorem Ordinis probaret in habitu saeculari, de quo rursus erit dicendum.

Post ingressum huius statim alter Novitius Albertus Pöttere Buscodanensis discessit, qui jam fere annum probationis expleverat, sed non poterat addiscere cantum, hinc et ex taedio forte solitudinis accepit melancholiam, et a medio fere anno incepit laborare pectore et thussi ethica

imo a duobus aut amplius mensibus dereliquit conventum, multas expensas fecit in medicinis, quas ultra necessitatem sumebat, cum neque decumberet lecto et vivido esset colore condebat testamentum per publicum Notarium Insedt, et R^{mum} episcopum Buscoducensem obasium acersebat, qui statim agnovit morbum. In tali statu non penitus animi propositum abiciebat eo die quo discessit venit ad matutinas, et cantorianam suam agere aggressus nec succederet in cantando Invitatorio Venerabilem Priorem adiens e templo recessit et mane resumpto habitu seculari e domo. Rediens ad conversationem hominum et visitans B. Virginem Aspricolensem liberatus fuit a sua thussi et reditus pristinae sanitati. Postea dedit operam theologiae in seminario Antuerpiensi, et post aliquot annos factus est pastor pagi prope Bergum postea confessorius Monialium Antuerpiae, nunc in Flandria credo curiam agere, nam frequenter mutavit clipeos ea innata forte instabilitate, petit adhuc locum in Ordine, sed dictum est illi: sufficienter experimentum sumpsisse Ordinem nostrum illi non convenire, Non omnibus datum est advia Corinthum, neque omnia possumus omnes. Praecipue cum homo secundum Philosophum animal sit sociale, et ideo solitudo plus naturae eius repugnat.

Reversus nuntius ex Cantua detulit Epistolas Patrum Commissariorum ad P. D. Joannem Immechorium Priorem domus Lovaniensis per quas absolvetur a Prioratu dictae domus, et constitueretur hic Prior et Visitator Provinciae. Igiture disposita cito domo sua attulit nobis chartam Visitationis praeteritae, quam prius

communicavit in privato P. Herculi. Sequenti vero die qui inci-
debat in feriam quartam Cinerum lecta est in conventu,
per quam D. Hercules Winckelius absolvatur a Prioratu
hujus domus, et datur ei optio secundum statuta hic rema-
nendi vel aliam quamcumque domum in Provincia eligendi.
Petierat a Priore Diestensi dubius de sua fortuna locum
in domo sua, qui ei non locum signanter sed Prioratum
obtulisse se dixit recepit tamen. In ea charta servata erat
forma juris et iudicii, allegabant Commissarii causas ob
quas iudicabant pro pace domus et Provinciae eum absolvere
esse, honestiori quidem praetextu potuisset id fieri nam
senectus cui accedebant infirmitates et molestiae corporis
suadebant quietem praedicto Patri si eam ea animo petisset.

Lecta igitur charta postquam installassemus P. Emme-
chorium et promississemus ei obedientiam, agnovit humiliter
sibi non omnes dotes et virtutes adesse, ita ut in ipso ali-
quid desiderari non posset sed protestatus est se non etiam
ambuisse Prioratum hujus domus praeservisse quidem
atque ideo quantum in ipso fuisset se excusasse a sus-
ceptione hujus Prioratus maxime quod jam a paucis tem-
pore duas mutasset domus. Cum autem essemus recessuri
ad cellas nostras P. Wenceslaus hospes honorabilis senex sug-
gessit Conventui ut accederet P. Herculem Priorem abso-
lutum, atque peteret sibi ignosci si in quo eum offer-
disset. Quod cum fecissemus dixit se jam voti compotem
esse, aliud enim Deum non rogasse in hujus tribula-
tionis expectatione quam quod faceret ei signum
in bonum quoniam illum adjuvasset et consolatus
fuisset: se quidem posse petere meliora testimonia de
probitate vitae suae ab amplissimo Magistratu hujus civi-

tatis quam a nobis acceperat, ea tamen negligere ne ordinem turbasse videretur, sibi in posterum fecundius fore cum deo et sanctis epus conversari, quam cum hominibus. Aliis recentibus dum quidam ex nostris remansisset, et flexis genibus petisset ab eo veniam, dixit quidem se libenter ignoscere eum tamen teneri ad restitutionem. Sedebat ad ignem quando aderamus et surrexit semel ut videret quinam adesset. Summo mane post celebratam Missam quosdam sibi amicitiores adierat significans se accepisse suam obedientiam et recedere, atque deo valedicere, eisque benedictionem suam benigne largitus est.

Eodemque die convasata quam habebat in cella sua suppellectile dicens amplius non reversurus nemine amicorum salutato, nisi quod senium aliquod miserit sorori suae moniali apud Clarissas divites significans se Dei et superiorum voluntati acquiescere. Novus Prior satis aegre ferebat tanta secum ferre noluit tamen propterea eum turbare aut afflicto afflictionem addere sed in mandatis dedit Priori Diestensi ut omnia describeret quae praedictus Pater secum tulerat, atque in proximo Capitulo renovatum est Statutum de expensis et viaticis hospitem, nihil unquam inde recepimus quod sciam si plures fuissent libri omnino remittendi erant. Hactenus de V. P. Hercule, felix futurus atque in pace dies suos forte complecturus si in domo Lovaniensi mansisset, ubi magnam laudem et auctoritatem acquisierat propter plures ibi Novitios susceptos, quos in pace atque observantia religiosa bene direxerat, atque plures in aliis domibus promoverat, sed cum domo pariter fortunam mutavit.

Vidisti, lector, quam infeliciter cum Novitiis actum fuerit,

et quos foverat et instruxerat contra præcedentem Priorem sibi postea contrarios invenit. Notent hoc Piores ne Domo sibi assignatas mutare velint. Discimus enim ex s. Scriptura quod Isaac quia Deo jubente mansit in Geraris, hinc ibi a Deo locupletatus est: ita ubicumque quis manserit Dei voluntate et jussu, ibi a Deo benedicetur et prosperabitur.

Novus Prior post paucos dies recepit ad osculum prædictum Joannem Luxemburgensem, atque illi prudenter objecit primam defectionem, quare tempore termini sibi assignati non repetit patriam sed cum uno converso fratre Paulo visitavit Domo hujus Provinciae in quibus audivit querelas Religiosorum absolutionem P. Herculis imputantes inquietudini quorundam nostrum. Accepit autem habitum religiosum de manu Patris Vicarii d. l'Apостоie in absentia P. Immechovii Prioris, qui pro negotiis Provinciae ierat in Hollandiam, non sine divina providentia ne tam inauspicata suam præsentiam inchoaret, quæ alioquin felix futura erat, utpote ex obedientia suscepta. Celebramus isto die festum s. Joseph quod incidebat in feriam sextam, et nihilominus spatiantem in istum diem dilatum erat, et magna erat lætitia inter Religiosos et amicos ac notos ipsius, quos plurimos D. Binsfeld frater Novitii uterinus invitaverat, quæ cito in tristitiam vertenda erat et amici non testes stabilitatis sed inconstantie futuri.

Hoc unicum commodum inde hausimus quod D. Vischer tunc Quæstor generalis Ducatus Luxemburgensis inierit in hac Domo notitiam, qui in ea postmodum filium meliori fortuna collocavit. D. Priori paulo post reverso D. Binsfeld ea parte Novitii multa promittebat, sed ea ad aures suas admittere non dedignabatur, prudenter respondens non

ea conditione nos epus fratrem suscepisse, sed si perseveraret daret ultro quicquid vellet, ita ut d. Binofeld summopere peniteret tam multa promississe qui multo plura libenter postea addidisset si sic potuisset efficere ut libenti animo in statu suscepto frater permansisset. Quod reliquum fuit quadragesimae totum fere impendit Venerabilis Prior in negotiis Provinciae cum super non tantum sed omnium domorum cura illi esset commissa. Pater Vicarius visitavit quidem monachos pro inquisitione proprietatis. Ipse tamen Pater Prior non omisit Dominica Palmae cum pulchris exemplis et sententiis ex S. Scriptura petitis nos a tali vitio deterrere.

Recepitque circa idem tempus ad petitionem P. Vicarii et fratris Judoci dispensatoris Andream Van Mberen ex honesta admodum familia hic Brusellis prognatum qui totus erat adhuc imberbis nec ad aed. justam pervenerat staturam.

Post Paschalia festa cum tota patria versaretur in timore regis Franciae, qui tres potentissimos exercitus habebat sub signis, ex partibus Artesiae divertit ad nos quidam sacerdos non satis sanctae mentis, qui propterea e societate ejectus dicebatur. Illic dicebat se a Deo missum ad principem nostrum, ut ultro se traderet regi Franciae, addebaturque signum Ser^{mam} Infantem sine concubitu viri concepturam, quae res satis arguebat eum stultitiae, conabatur tamen eam nobis plausibilem facere ex loco illo Apostoli ad Galatas 4 et ex cap. 54 Isaiae, Letae sterilibus quae non parit, erumpse et clama quae non parturit, quia multi filii deserta magis quam epus quae habet virum, nec theologos negare posse id fieri nobis persuadere volebat. Effudit alia multa pavora, inter alia P. Vicarium iterum Neapolim, alium alio. Novitius aliquod cordis arcanum

sibi revelasse profitebatur potuit bene aliquid coniecisse in genere quod alter in se peculiariter agnovit, sicut non deviat illa litteratura proinde nec sententia ex sacra Scriptura, quibus sua dicta confirmare nitebatur. Nec contentus ea dicere in monasterio, de facto ibat ad aulam, et ad aures Principis locutum fuisse dicebat, sed a pedisequis et famulis aulicorum tanquam delirus subsannabatur, ad quos dicebat: Hic stultus vobis mirabilia (imo inania) ostendet. Adibat etiam P. Gratianum Carmelitam olim confessorium B. Matris Berese, qui tamen monuit hominem, ut a celebratione Missae cessaret donec ipsius prophetae complerentur, mirabile quid in isto homine notari ante aliquot annos dum novitandus si celebranti in sacello anteriori inservirem, adeo profusas lachrymas ex oculis ejus profluxisse ut suppedaneum altaris irrigarent, quam lachrymarum copiam P. Gisbertus tunc Prior mirabatur, neque nisi ea contritione et compunctione cordis procedere posse credebat, volebat nostros similiter docere modum lachrymandi. Dum fr. Judocus dispensator diceret ei, ut alibi sibi provideret jam illi unius noctis atque alterius hospitium concessum fuisse, nec posse ulterius concedere nec etiam esse consultum, lepide ei respondit nos esse discipulos similes. Nicodemo occultos videlicet propter metum externorum; postea aliquandiu in edibus Comitis De Bucquoy passus fuit, verum cum sua deliria effutire non cessaret missus est in carcerem apud Alexianos procurante decano hujus civitatis, mansitque aliquandiu ibi donec nuntius fuit mors regis Franciae quem falso praedixerat has provincias subjugaturum atque imperatum est ei ut ante solis occasum civitate caderet neque ad eam in perpetuum rediret. Contulit se postea ad partes Leodienses et Cartusianos pariter inuisit, quem satis adverterunt non habere solidam virtutem. Haec

reveli, ut sumus prudentes et caute ambulemus ad eos qui foris sunt, ne tales prophetae qui veniunt ad nos in pellibus ovis abutantur nostra simplicitate.

Henricus IV Gallia rex numeroſo exercitu, ut diximus, instructus cunctos orbis christiani principes suspensio animo tenebat, quos tandem ea belli moles se verteret. Ut autem regina absente se majore potestate auctoritate eam solemni festivitate ad S. Dionysii Janum deductam majorem more coronari jubet Maii 13. Insequenti vero die post meridiem inter 3 et 4 horas armamentum suum visendi causa essedo delatus apud Innocentium coemiterium a quodam Francisco Ravillaco Ingolionensi geminato cultui verbera ictus uno momento lingue usum amisit, et vitam cum morte commutavit. Sic sic Deus reprobat consilia principum, terribilis qui aufert spiritum principum, terribilis apud reges terre quasi diceret Psalter quasi diceret in hoc vere ostenditur terribilis Deus quod potentissimos reges ad nutum in momenta interimere possit. Nolite igitur confidere in principibus in quibus non est salus, quomodo potest salvare alios, qui se ipsum salvare non potest, nam velit nolit etiam in arce munitissima constitutus et exercitu armato vellatus etiam si orbis terrarum monarcha fuerit exibat spiritus eius ex corpore et corpus spiritu recedente in terram unde sumptum est revertetur, et tunc peribunt omnes cogitationes eorum.

Postmodum regis regni administratio reginae filii minorum nomine datur. Ravillaco multoſis duobusque quaestionibus et cruciatibus pressus et de sociis interrogatus, neminem praeter se sceleris patriati accusat. 16 Maii laesa Majestatis reus damnatus equisque admissis in partes distribitur.

Corpus et cadaver regium calendis Julii in S. Dionysio deferitur.

cui succedit filius Ludovicus XIII annos natus novem.

Dissoluti sunt exercitus jam in Dubiam expeditionem parati non sanguine sed lachrymis et patria hinc magno timore liberata est, tandemque dulcedine pacis fini licuit.

21 Martii ex hac vita decessit plenus dierum et bonorum operum V. P. D. Joannes de Lescluse professor et Prior domus valencennarum quae per haereticos in suburbio destructa novam restauravit intra urbis pomeria spatio annorum 20 miranda cum patientia, multiplicique corporis et animi labore, cupus rei et gratitudinis gratia fuit sepultus in sacello S. P. N. Brunonis intra ambitum ejusdem domus cum hoc Epitaphio:

Deo Optimo Maximo
sacrum
Domno Joanni de Lescluse
monimentum.

Siste parumper hospes, illud te
hoc sacrum monet)

Clausus hoc tegitur, hujus conditor Cartusiae, postquam haereticorum dira rabies, illam quae in urbis pomerio flrens conspiciebatur, solo aequasset: intra epus mania hanc coempta area sumptus parsimonia suppeditante funditus excitavit.

Annis

LVIII solitudinem, silentium carnisque privium perpetuum e Divi Brunonis norma professor religiosissime coluit.

Et quibus

LIII fratribus, monendo profuit, exemplo profuit;
In illos levis, in se rigidus.

XXXIII Galliae Belgica sacros greges alternantibus annis lustravit.
Denique cum tanta in eo virtutum imo sanctitatis fulgore nota universis pene Patrum votis summus minister caperetur.

Verum a Majoris Cartusiae Moderatoris assessor nuncupatur.

Eandem octogenerio major, senecta et pietatis operibus gravatus inter suorum suspiria et lacrymas animam luens Deo Creatori efflavit die 21 mense Martio, anno 1670.

Obiit et circa hunc annum D. Renatus Hensdeus professor Domus Majoris Cartusiae Prior Domus Brunck et provinciae Aemaniae superioris Convisitator. Hic ex ducatu Juliae oriundus pago nimirum Scherpenseel, Anno Domini 1587 Coloniae Aegypinae ad D. Pantoleonem Benedictinorum amplexus institutum cum aliquandiu illic cellerarii ac Prioris officium laudabiliter administrasset ad Majorem Cartusiam circa annum 1598 se contulit. Scripsit Exercitium militiae sacrae ac religiosae approbatum ab episcopo Olomucensi S. Francisco Dieudricstein Cardinali S. Sylvestri et alia quae imperia belli perierunt.

Obiit et D. Antonius de Seta professor et alias Prior Domus de Aniago et nuper electus in episcopum Funchallensem in regno Lusitaniae. Hic ut supra notavi fuit expetitus a Domino Chalderon cubiculario regis Hispaniarum pro suis confessionibus audiendis et promittebat gratis illum sustentare Madridi pro qua re obtinuerat Breve Apostolicum; in eius gratiam scripsit etiam D. Baltazar de Zuniga, et D. Petrus de Leon hic Prior ad R. Patrem ut institueret illum Procuratorem Generalem in aula regis catholici.

Obiit et Gerardus Jacob Noritius Cartusiae. Hic erat, ni fallor, Lotharingus de civitate vicina Ducatui Luxemburgensi de Stenay, qui legavit bona sua aut multa ex eis Majori Cartusiae, pro quibus lites gestae fuerunt sed nostri prevaluerunt.

Obierunt monachi 15, conversi 28, Moniales 2, donati 7: personae 91.
Venerabilis et nobilis Doctor Gregorius Mendiscabal canonicus ecclesiae Xericensis,

singularis amicus et benefactor Domus de Levitio, qui obiit 7 Novembris anni praeteriti.

Egregius Vir Didacus a Villa nova Domus de Anisgo singularis benefactor.

Ordinatio Provinciae ea qua liquet quanta per P. P. Commissarios facta fuerit mutatis.

D. Robertus Prior post paucos annos non invitatus fuit absolutus. in Rectorem ejusdem Domus a Patribus Commissariis institutum praeficimus in Priorem.

D. Adrianus jam praedem Prior perseveravit usque ad mortem Vicarius. — D. Augustinus Procurator post aliquot annos absolutus fuit. — Et D. Adrianum Van Dorpen in Vicarium, et D. Augustinum Van Doorne in Procuratorem ejusdem Domus institutos confirmamus.

D. Joannes Maresmes ibidem post multos annos obiit sacrista, — sicut et D. Joannem Maresmensem professum Domus Leodii in Vicarium, et D. Guidonem in Procuratorem a Patribus Commissariis institutos confirmamus. Et D. Ansellinus professus Domus Leodii revertatur ad domum suae professionis.

D. Levinus adversitati eius superiorum Domum personis et aedificiis auarit. D. Levinum Jagere professum Domus Gandavi in Rectorem Domus Sylvae S. Martini a Patribus Commissariis institutum in Priorem praeficimus. Et D. Cornelium La Rousse professum Domus Monachorum Brugis in Vicarium similiter a D. D.

D. P. Lamberti dum egre fert se amotum a Domino Brugensi et quod tenebat officium amittit, fuit adhuc ad Procuratoris officium promotus. Commissariis institutum confirmamus, Et D. Petrus Lamberti professus Domus Lovanii ibidem Procurator revertatur ad domum suae professionis. Et D. Aegidium (Blitterswyck) professum Domus Brusellae in Procuratorem ejusdem Domus Sylvae S. Martini praeficimus. De quo infra.

Administrationem Domus Campensis et aliarum Domorum destructarum committimus Patribus Visitatoribus vel aliis per ipsos deputandis.

Priori Domus Diestensis non fit misericordia. Et D. Joannem

De Steeland professum domus Lovanii in Vicarium, et D. Petrum Eikermans in Procuratorem a P.P. Commissariis institutos confirmamus.

P. Steeland satis diu permansit in dicto officio Vicarii. Et D. Eikermans adhuc eo officio Procuratoris functus fuerat.

Priori domus Gandavi non fit misericordia. Et D. Jacobum diomysium in Vicarium et D. Laurentium Serjants professum domus Lovanii a P.P. Commissariis in Procuratorem institutos confirmamus.

D. Jacobus hoc anno post obitum P. Haverlai electus fuit in Priorem. Et D. Serjants decem et amplius annis dictum officium Procuratoris exercuit; postea ad Prioratum domus Diestensis promotus fuit.

D. Joannem Brial Majoris Cartusiae professum in Rectorem domus Lodi a Patribus Commissariis institutum in Priorem praeficimus. Decennium quidem praefuit in temporalibus satis laudabiliter, et plurimos Novitios ex indigenis recepit, contradictionem tamen et inquietudinem subditorum sustinuit, et satis pudibunde ab officio absolutus cum jam domum deseruisset.

2. Et D. Everardus ejusdem professus vadat ad domum Colonia (ex qua arceaserunt eum Patres Commissarii) sed Colonienses eum recipere se excusarunt quare domi remansit.

1. Et D. Henricus Orto ibidem Vicarius vadat ad domum S. Sophiae Busumaducis ibidemque exerceat officium Vicarii. Hinc post 4 annos ad nos venit et anno revoluta ad domum professionis rediit ibique mansit usque in diem mortis suae.

Domui Eraxpenti provideant Visitatores de Pastore auctoritate nostra sed nihil factum est cum nisi duo vel tres superessent sub potestate haereticorum.

D. Joannem D'Emmechoren professum Domus Lovanii a Patribus Commissariis auctoritate R. Patris in Priorem Domus Bruxellae institutum ac propterea ab officio Prioris dictae Domus Lovanii absolutum confirmamus. Praefuit laudabiliter 4 annis donec translatus est Buscoducum.

Et D. Joannes à Blytterswyck professus ibidem exerceat officium sacristae; in quo jam plus quam 20 annis perseverat.

Joannem Capereum professum Domus Leodii in Priorem Domus S. Sophie a Patribus Commissariis institutum confirmamus. Perseveravit usque dum transferretur Bruges.

Et D. Joannem Nanningium professum Domus Leodii similiter a Patribus Commissariis in Procuratorem institutum confirmamus. Diversa in pluribus Domibus exerceat officia, sicut et alii professi ejusdem Domus linguae Flandrae gnari vel Flandri, nunc autem omnes continentur Domni quod communem linguam ignorent.

D. Godefrido de Halmael Rectori Domus Lovanii ad suam magnam instantiam fit misericordia. Erat vir plane religiosus, modestus, pius, in caerimoniis Ordinis bene versatus, sobrius, in exercitiis cella scribendo maxime pene detritus quem P. Serval amabat promovere ad altiora officia, nam adhuc altera visitatione anni 1601 P. Tribulo renitente tunc Rectorem Domus Lyra existentem promovere volebat ad Prioratum, et nusquam praefecerat Domui Lovaniensi, ut qui imperitia ipsius in temporalibus tantopere allega-

batur volebat et rogabat P. Immechorium ut bonorum
 domus curam in se susciperet gauderetque titulo Rectoris
 quod non est novum in Ordine, nam aiebat se quandoque
 duas domos administrasse, atque in Chronicis domus Capellæ
 legimus quod domus Sylvæ S. Martini, quamvis proprium
 haberet Priorem, regeratur tamen per Priores aliarum
 domorum, nam Prior Gandavi et Prior Capellæ fuerunt
 Rectores dictæ domus circa annum 1377. Et hoc ideo fiebat
 quia domus Sylvæ ex malo regimine devenerat ad tantam
 paupertatem quod plus debebat in pensionibus vitalibus
 quam valebant annui redditus. Recusavit tamen P. Im-
 mechorius tantum onus subire, proposuit R. Patri et Diffi-
 nitoribus D. Joannem Baptistam professum dictæ, qui
 adhuc in domo Lyrana anno 1601 successerat P. Godefrido
 Halmael, et nuper absolutus a Prioratu domus Brugensis
 domum redierat, qui institutus fuit Prior domus Lovaniensis,
 doleo vices Lovaniensium, quibus non licuit habere quem
 elegerant Priorem aut quem ex suis vellent. Hic resit
 domum quinque circiter annis non male in temporalibus
 nec absque querela suorum, ad propriam instantiam red-
 ditus est cellæ suæ.

Sequitur in Carta: Et eundem Rectorem absolutum
 in Vicarium dictæ domus præficiimus in quo perseveravit
 donec licuit per infirmitates.

Et D. Joannes D'Anthonne professus ejusdem domus et
 Vicarius institutus per Patres Commissarios vadat ad domum
 Leodii, ibidem exerceat officium Vicarii, nam Huensis
 erat ignarus linguæ Flandricæ, et adhuc satis juvenis,
 quare nec diu perseveravit ibidem sed exercens se in Statuti,

et cum esset bonæ vitæ ad idem officium promoveret in aliis multis domibus promoveri.

Et D. Theodoricus a fine ejusdem domus professor et sacrista vadat ad domum Brussellæ.

Priori domus Sebene Anglorum non fit misericordia,
Vicario domus Monialium Brugis non fit misericordia,
Prioriosæ ejusdem domus non fit misericordia.

Et D. Melesiorum professum domus Lovanii a Patribus Commissariis in Procuratorem institutum confirmamus, quod officium proficue exercuit illicque ecclesiam edificavit et in eodem usque ad mortem perseveravit quamvis electus fuisset in Priorem domus Capellæ. Sic bonus hic finis coronat opus Visitationis extraordinariæ et universalis Provincie.

Ordinationes et animadversiones pro observantia Statutorum in singulis domibus dictæ Provincie per Patres Commissarios in actu Visitationis factas confirmamus. Ad dentes ut serventur Ordinationes Capituli generalis super observantia § 5, 2^a partis Statutorum cap. de Hospitum viaticis et expensis.

V. P. Immechorius abdicavit se officio Visitatoris quod ei imposuerant Patres Commissarii dum curassent eum Priorem hujus domus, Patribus Diffinitoribus exponens in capitulo se meliorem partem vitæ exercisse in militia propterea se tanto oneri imparum esse, curavitque illud P. Havensio professo Lovanii Priori autem domus Gandensio S. Th. doctori illud demandavi vicariam ei operam navare contentus.

Ordinationes

Mandatum S^{mi} S. N. Pauli Papæ V per litteras Ill^{mi}

ac R^{mi} S. R. E. Cardinalis Farnesii Protectoris nostri nobis insinuatum de habenda lectione S. Scripturae in domibus insignioribus Ordinis nostri qua decet animi demissione et reverentia suscipientes, eique ut debemus et semper assuevimus humillime obtemperantes praecipimus omnibus et singulis Prioribus dictarum domorum ut inditam lectionem fieri curent in suis praefatis domibus iuxta dispositionem et formam a R. Patre praescribendam et super annum quantocius mittendam Visitatoribus Provinciarum cum moderationibus ejusdem S^{mi} D. Nostri praecedentium ordinationum quae sequentur.

Capitulum 36 F.

F^r Bruno humilis Prior Cartusiae totiusque Ordinis Cartusiani Minister generalis, etc.

Insequentes decretum Capituli generalis nuper habiti mittimus vobis moderationes Ordinationum anno 1607 ad vos transmissarum factas a sua Sanctitate viva voce oraculo prout nobis significavit Ill^{lmus} Princeps Cardinalis Farnesius praefati Ordinis Protector meritissimus litteris ad nos missis 7 die Martii 1609 quarum quidam moderationum tenore in hunc qui sequitur modum fuit ex praefatis litteris avode ei exscriptis.

1

De fidei catholicae professione per Priores emittenda; cum hactenus per Superiores aliorum Ordinum id non fuerit observatum, annuit S. D. N. ut Cartusiani Priores in futurum ad eam non cogantur, quousque in aliis Religionibus eadem fidei professio praestetur.

2

De lectione S. Scripturae Sanctitas sua voluit ut in proximo Capitulo generali serio agatur de modo, forma, et tempore, et monasteriis in quibus haberi possit, quo et Tridentini

concilii præceptum non prætermittatur omnino, et Ordinis Cartusiani institutum servetur.

3

De infirmorum cura nihil decernendum esse sed executioni demandanda quæcumque Ordinis Constitutionibus præscribuntur prout litteris nostris jam significavimus

4

De carceratorum vero provisione in spiritualibus et temporalibus si adsit in singulis domibus monachus vel Conversus cui ex Ordinis Statutis hoc incumbat opus non esse alterius Deputatione.

5

De litibus non inchoandis ac ædificiis novis non extruendis: satis esse si Ordinis Statuta serventur unde in Capitulo generali nedum renovanda sunt sed penis appositis usque ad privationem officiorum contra quoscumque incuria vel negligentia debite executioni non demandantes agendum erit.

6

De confessariis in quolibet monasterio deputandis Visitatores teneantur omnino in prima Visitatione recognoscere ac etiam examinare quoscumque confessarios et quos idoneos repererint approbare possint. Quod si aliquis Prior in propria domo alium confessarium eligere voluerit aliqua ex causa prout hactenus est usu receptum ac nunc quoque permittitur, Visitator pariter in Visitatione eundem recognoscat, examinet et approbet si pro eius conscientia idoneum repererit.

7

Quod eligendi in Priores per tricennium ante confessarii

munus obierint: licet valde conveniat nihilominus ad formam Statutorum reducendum esse Beatitude sua censuit, adhortaturque ut in electione Priorum, monachorum ac monasterii potissimum utilitati ac regimini, et non eligendi commodo ac honori prospiciatur.

8

Quaecumque de litteris ad S. D. N. Protectorem Ordinis ac alios Superiores Romanae Curiae libere scribendis vel non intercipiendis sancita sunt: S. D. N. decrevit impugnari nequaquam posse, nec immutari debere verum habiturum semper ratio de autoritate Generalis et Capituli.

Itaque tenore presentium et autoritate Capituli generalis nobis super annum relicta vobis mandamus ut omnia praemissa diligenter observetis et observari per omnes Provincias vestrae domos procuratis ad quorum maiorem declarationem haec pauca vobis significamus.

R. ad 1

Imprimis igitur ordinamus ut in omnibus Ordinis domibus, in quibus sunt quindecim Religiosi conventuales habeantur S. Scripturae lectio singulis diebus spatiantorum hoc est semel in hebdomada, quam fieri volumus per unum monachum praefati nostri Ordinis et non aliter a Patribus Prioribus de consilio Patrum Visitorum eligendum. Tempus vero formam et materiam praedictae lectionis habendae arbitrio cupiscumque Prioris relinquimus. Quos serio monemus ut eam fieri curent de rebus ad pietatem et devotionem fovendam pertinentibus iuxta institutum professionis nostrae.

R. ad 2.

Deinde quae de litibus et aedificiis novis inchoandis ordinata

fuerunt declaramus reducta esse ad jus Statutorum nostrorum, quae acta servari volumus eaque innovamus sub poena absolutionis in eos qui contra fecerint.

R. ad 3

Item quantum ad ordinationem illam, quae mentionem facit de scribendo ad sedem Apostolicam nec non ad praefatum Ill^lum D. Protectorem nostri Ordinis volumus eam stricte servari, declarantes tamen censuram excommunicationis in ea appositam ad jus esse restringendam. Ceteris ordinationibus in suo robore manentibus.

In quorum fidem et firmitatem a Patre scriba sigillo et manu munientis subscripsimus Cartusia
26 Octobris 1610

subscriptum erat: fr. Bruno, Prior Cartusiae et Ordinis praefati Generalis, et paulo inferius: fr. Baptistia Perrea scriba R. Patris et Capituli generalis.

Quantum ad lectionem I, scripturae habendam ita Deo dirigente negotium temperatum est ut Concilii Tridentini praecipitum non praetermittatur et tamen Ordinis institutum servetur. Non possum non adferre quae in Antiquitatibus Parisiensibus legi, ibi citabatur Mathaeus Paris, qui in Historia anglicana tradit quod tempore Henrici III circa annum 1249 monachi Cisterciensis videntes se argui de ignorantia et contemni a Dominicanis et Franciscanis et saecularibus litteratis privilegium novum impetrarunt ab Innocentio IV Pontifice, cuius tenore fas ipsis fuit erigere scholas et collegia in celeberrimis Universitatibus uti Parisiis et alibi, in quibus possent se stabilire et studere tam humanioribus quam theologicis decretis, gradusque suscipere tam Magisterii

quam baccalaureatus et doctoratus. At hoc privilegio nihil aliud effecerunt quam quod ab observantia regulari recesserunt, et immediate contra formam et exemplum quod ipsis Sanctus Patriarcha Benedictus reliquit, sese erigunt, de quo scribit D. Gregorius lib. 2 Dial. cap. 1 quod relictis literarum studiis Deserta petivit relicta Roma quo parentes cum studiorum causa destinarunt. Ut autem videas horum studia esse contraria, relinquunt hi Deserta ut se ad urbes conferant, et Academias, unde aliquando evadunt doctiores, sed nunquam meliores. At e diverso cum perspiciamus eos nihil servare eorum, quae sancte promiserunt, puta solitudinem, silentium, abstinentiam a carnibus, et viri habitum sanctum retinere, merito de eis pronuntiandum putamus: Commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum. Quod si ad gradum doctoratus perveniunt nulla eis jam amplius cura est revertendi ad monasterium, vel si redeant non eo intuitu ut obediant superioribus sed ut eis resistent muniti jam allegationibus et exemptionibus Doctoralibus, quae revera nihil aliud sunt quam eversiones status monastici.

Nec haec ideo dicta sint ut contemnenda putem studia litterarum in Ordine maxime privata quae Ordo nunquam prohibuit sed solitudine maxime adjuvanda docuit. Hinc D. Bernardus, serm. 36 super Cant., Videam forsitan nimis in suggillatione scientiae, et quasi reprehendere doctos, ac prohibere studia litterarum. Absit. Non ignoro quantum Ecclesiae profuerint et prosint litterati sui, sive ad refellendos eos qui ex adverso sunt, sive ad simplices instruendos,

Denique legi, Quia tu repulisti scientiam, repellam et ego te ut non fungaris mihi sacerdotio. legi, Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendori firmamenti, et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Certum est tamen ut idem Bernardus, serm. 63 in Cant., quod publice prædicare nec monacho convenit, nec Novitio expedit nec non misso licet. Sed quare monacho non convenit? Nec quisquam, inquit, sumit sibi honorem sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron; item ipse, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Ergo ideo non licet quia non mittuntur. Ergo si mitterentur liceret. Hinc Epistola 323 ad archiepiscopum Moguntinum cujusdam Radulphi monachi audaciam et præsumptionem damnat, qui non a superioribus missus vel ab episcopo admissus prædicationis officium tenere sibi arripuerat et dicit: Quod si se monachum aut eremitam factat, et ex eo sibi assumit libertatem vel officium prædicationis, potest scire et debet quod monachus non habet docentis sed plangentis officium; nam monachus ut monachus non tenetur nec debet concionibus incumbere, sed solitudini et meditationi vacare ut ipse ait D. Bernardus, Epistola 42, labor et latebra et voluntaria paupertas hæc sunt monachorum insignia, hæc vitam solent nobilitare monasticam.

Quid conveniat
monacho. Quare convenit ut in ordine monachali magis et frequentius studium sit et adhibeatur circa conscientiam et ut anima ornetur caritate et ceteris virtutibus, quam circa scientiam, et ut ornetur intellectus multis et variis litteris et doctrinis. Nam sicut nihil deficit ei qui est in caritate, ita nulla alia re magis abundabit, qui præditus

est multa scientia sine virtutibus quam superbia. Quoniam, ut dixit Apostolus, scientia inflat, caritas vero edificat, unde provenit (quod D. Bernardus asserit) ut multi multa sciant et seipsores nesciant. Sed cum scientia advenerint animæ religiosæ, et Deum timenti, sunt valoris incomparabilis. Quoniam non solum qui eas habent consequuntur sibi vitam æternam sed alias ducunt ad eam, et dirigunt in viam divini famulatus qui est ultimus et verus terminus ad quem diriguntur omnes sanctæ Regule sanctarum Religionum; ut scilicet exemplo, verbo et oratione se et alios ad vitam æternam perducant opitulante Domino qui est benedictus in sæcula. Ergo, viri religiosi, seminate vobis justitiam, metite spem vitæ, et tunc domum illuminate vobis lumen scientiæ, ut ait Isaias, cap. 37. Boni et docti Cartusiani verbo prosunt plurimum suis confratribus et cum quibus conversantur, et animadvertentes sibi propter solitudinem et æterna claustra non licere populum publice docere nec tamen sapientiæ talentum sine fructu abscondi debere tutiorem impertiendi ejus modum eligunt libros sive scripta conficiendo.

D. Algidius Blitterswyck professor ejus domus et sacrista compunctis industrius et vigilans, qui non minus quiete quam strenue dictum officium exercebat promotus ad officium Procuratoris in Sylva S. Martini, ut diximus, et velut tyrocinium factorus majoris æconomia maxime in eo laudandus venit. Qui cum esset plurima suppellectili libris et imaginibus instrumentis et omnibus probe instructus, nihil tamen secum tulit nec veniam petiit quidquam dandi aliquibus, sed in integrum omnia reliquit superiorum dispositioni, tantique facie ejus resignationem

quam si nihil provisus habuisset in cella, in quam intravit D. Theodoris a fine professoris et sacrista Lovanii, quem pro adiutorio petierat a Capitulo D. Immechorius, magnamque de se spem dabat, quæ, post ipsius recessum a domo homines fefellit, et fere in ipso recessu, ut forte postea dicitur. Diebus autem laborum post Pascha P. Agydus opportunè vendiderat flores horti sui 60 florenis, et D. Joannes a Blitterswyck cognatus ipsius qui ei successit in officium sacristæ flores horti sui 30 florenis, prout recordor, Jacobo Coctray apothecario tantumque defalcatum fuit ex debito quo ei tenebarum pro mensis refectorii.

V. P. Prior Immechorius ægre ferebat errores maxime in psalmodia quippe qui non nisi ex negligentia committi plerumque solent, nec dubitavit culpabiles statim in principio Prioratus sui reprehendere, benivole tamen et caritative; atque rediens ex Cartusia attulit formam quandam psallendi ex nova Statutorum collectione et R. Patris D. Bernardi Carassi ordinatione olim disposita anno scilicet 1583 quam dedit junioribus legendam et describendam, ac voluit ut juxta formam præscriptam cantarentur, hoc tandem obtinuit ut psalmodia concinne et cum bona pausa cantaretur: verum in cantu Missæ crebræ confusiones fiebant, quod pauci, ac plerique juvenes cantus ignavi essemus, ipseque Prior sæpe abesset aut statim in principio Missæ conventualis, ipse vel Vicarius aut aliquis seniorum se conferrent ad sacellum anterius pro celebratione privatae Missæ quæ tunc ordinariæ fiebat. Post aliquot annos tandem Pater Vicarius Broeyerius distulit ire usque ad Evangelium et Venerabilis Prior alius religio-

ros advocavit pro adiutorio: sicque prima cura ei fuit ut
divinum officium rite persolveretur. Sciebat enim scriptum
esse: *Quod vultis ^{primam} regnum Dei, et cetera omnia adficientur vobis.*

In Julio Juliacum obsidet Eberhardus Comes Nassovius, et post
longam obsidionem cum fortissimis viris qui arcem propugna-
bant nulla subsidia mitterentur mense Septembri occupavit.

Hæretici Aquisgranenses ob vicinum Hollandorum exercitum
insolentiores facti ebagistratus electionem sibi usurpant et
seriunt in collegium Patrum Societatis Jesu.

Anno 1610, in Vigilia Assumptionis B. Mariæ communem
omnibus mortis viam ingreditur æternæ vitæ gloriæ
cassurus intercedentibus meritis et precibus eiusdem Domine
V. P. D. Arnoldus Havanus professor Domus Lovanii, Prior
Gandavi et Visitator Provincie. Qui Brusoduci natus an-
no 1540, Societatis Jesu institutum anno Domini 1558 est
amplexus 10 aprilis, sacerdotio initiatus anno 1563 ipso S. Be-
nedicti die; porro 10 annos post scilicet anno 1573 S. Theolo-
gia doctoralem promeritus lauream, ac Coloniensi
Patrum collegio aliquanto post Rector designatus cum
jam aliorum promovendæ salutis per annos circiter
septem et viginti pro viribus incubuisset, volens aliquan-
to accuratius suæ quoque ipsius perfectioni incumbere
cepit Lovaniensibus sese Cartusianis jungere anno
1586 in Octobri qui tunc ecclesiastem agebat Brugis,
grave sibi ducebat confessiones secularium maxime
muliercularum audire quare detestabatur plurimum
fastum illorum qui se jactabant a confessionibus sum-
mis viris, qui et solent summorum peccatorum conscien-
tiam habere; post paucos menses a Professione initio

anni 1588 non invitus institutus est Procurator domus suae
 professionis. Anno 1590 post absolutionem D. Cornelii Vanden
 Kerchove ob senium institutus est Prior domus s. Sophiae.
 Anno 1598 translatus est ad Prioratum Leodiensium. Anno
 1596 electus est in Priorem domus Lovaniensis et reversus 1598
 rediit ad Prioratum Leodiensem. Anno vero sequenti factus
 est Prior Bruuellensis et Visitator Provinciae. Anno 1601 in
 Capitulo generali, cum praesens adesset per R. P. D. Brunonem
 ab omnibus officiis absolutus fuit a procurantibus Patribus
 Commissariis qui provinciam immediate visitaverant, et
 ad Visitatorem provinciae Rheni remissus qui eum colloca-
 vit in domo Huramundana; quo nomine R. Patri gratias
 egit et epistola dedicativa praefixa martyrio Cartusia-
 novum Huramundensium his verbis: plus enim bene-
 ficium mihi praestitit R. Pater quod me tam gravi sarcina
 praesertim Visitatoris Provinciae exonerasset quam R. P.
 D. Joannes Michael praedecessor vester sanctae memoriae
 vix totus spiritualis ac divinus dum Visitatoris onus
 humeris meis imponere et toto illo tempore quo ipse
 ordini praefuit me subire voluit. Abiitum quam patienter
 hanc humiliationem sustinuerit, huiusmodi mutationes
 crebras viderat in societate, quare nec insolite sibi vi-
 se sunt nec aegre tulit recludi in cella cum Dominus
 universorum (aiebat) in castis Virginis Matris visceribus
 clausus novem mensibus manserit. A V. P. Visitatore
 provinciae Rheni missus fuit Huramundam non sine
 Dei providentia, ibi namque occasionem sumpsit scri-
 bendi agonem religiosorum quem anno 1572 per
 martyrium feliciter compleverunt; non multo post

ad domum professionis reverso dicitur a D. Hercule tunc Priore domus horaniensis concessum propter principale officium Visitatoris quod exercuerat ut occuparet locum senioris, sed brevi temporis intervallo elapso officium Vicarii obtinuit in domo Sophiae Biscoduci in patria sua, quo functus fuit usque dum Cantusiani Gandenses orbati pastore unanimi votorum calculo sibi in Priorem elegerunt anno 1604 nolentes lucernam talem ac tantam sub modio amplius delitescere. Tunc cepit in lucem edere opuscula, quae in illo suo optato sabbatismo conscripserat, et alia praeterea elaborare jam a curis et sollicitudinibus quibus distrahebantur Visitatores liber, nam in cibo potuque sobrius erat atque somni parvus saepiusque illud repetebat septem horis dormisse sat est juvenique senique. Studuitque non tantum praesere sed et prodesse suae domui, atque in mediis tumultibus belli gravissimi cellam aedificavit atque alia nobis incognita praestitit. In Divino autem officio frequentando die noctuque assiduus fuit, nam in matutinis quibus postremo interfuit lethibus correptus febribus via precibus suorum admonitus a templo in cellam se recepit. Diximus quomodo in Capitulo hujus anni ad officium Visitatoris provincia reversus promotus fuerit, nam licet senex et septuagenarius esset tamen adhuc vegetus et alacer erat atque in equitando D. Immechorum in hac re exercitatum veteranum militem aetate tamen se juniorem superaret ad vicinas quasdam domos se contulit ut precibus et imperio adigeret quosdam ad obediendum ordinationibus Capituli, nec praeterea multa praestitisse potuit propter breve tempus quo postrema hac vice provincia praefuit, atque ob id tantum institutus

Visitator fuisse videtur ut in tali dignitate vitae diem clauderet extremum. Dum morbo decumberet visitatus fuit a quibusdam abbatibus, et interrogatus si paratus et contentus esset mori; ad primum respondit se ob id intrasse Religionem, ut in hanc horam paratus inveniretur libenterque se hac vita defungi ut non videret mala quae superventura sunt. Quae verba alta mente reperta mihi mansere demerans cum jam pacem per Inducias obtineremus, mala patriae pronosticare quae certe ipsius natali civitati supervenisse jam heu erimus, Buscoducum sub fuga haereticorum gemere.

Haec pauca de tanto viro quem tota posteritas suspiciet et admirabitur. Evulgavit Commentarium de Erectione novorum in Belgio episcopatum de quae iis rebus, quae ad nostram hanc usque aetatem in eo praedare gesta sunt Joannes Kinckius Colonia impressit 1609. Historiam quoque Cartusianorum Ruicmundensium qui ibidem anno 1572 sunt crudeliter interfecti compendiose recensuit. Ipsius titulus est Innocentia et Constantia victis. Edidit et librum de crudelitate veterum et recentium haereticorum. Scripsit praeterea de solitaria vitae praestantia simul et utilitate, ubi per varia exempla et testimonia tam domesticorum quam aliorum plurimorum sanctitate ac doctrina illustrium virorum demonstrative, quam sit animae proficuum sacrae solitudinis studio incumbere. Evulgavit et meditationes Guilielmi Lindani in Psalmos poenitentiales, librum item ejusdem de fugienda impenitentia. A D. Petreio in lucem prodit Oratio quodlibetica quam habuit ante ingressum Ordinis Coloniae. In sacram quoque scripturam quaedam commentatus est, quae lucem non aspererunt.

De hoc Patre scripsit D. Theodoricus Petreius in Bibliotheca

cartusiana et in dedicatoria paranetica Martini Laudanensis Epistolae praefixa. D. Miraeus in Originibus cartusianorum monasteriorum egregium illi attexit elogium, quod praeterire non possum, eritque mea inopia supplementum. Arnoldus Haverisius modernus Cartusiae Gandavensis Prior, vir nimirum de quo ignores doctiorne sit, an humilior, morum gravitate praestantior an animi tranquillitate hilarior; certat enim singularis illius prudentia cum admiranda simplicitate, fervor orationis cum operibus caritatis; adeo ut et bene faciendi studio et scriptoris laude exteris etiam non suis tantum amore sit.

Cartusiani Gandenses in locum ipsius electione facta surrogarunt D. Jacobum Deryp Vicarium et professum ejusdem domus virum magni ingenii et doctissimum (qui 12 annis Visitatoris munus obivit) Deo gratias agentes sibi P. Arnoldum pro aliquo tempore concessum donec hic comprofessus maturus et aptus ad sibi praesidendum evasisset.

Prior noster D. Joannes Immechorius post obitum V. P. Arnoldi vel invitatus debuit munus Visitationis subire, et hac aestate in Hollandiam se contulit pro negotiis Ordinis.

20 Octobris D. Joannes a Blitterswijk sacrista recivit primitias suas, qui ex testamento parentum multa contulit Ecclesiae. Imprimis igitur dedit casulam, stolas duas dependentes usque ad pedes, antependium, pallas ad lectoria Evangelii et Epistolae ex albo Damasceno pretiosis admodum fimbriis utpote aureis et argenteis decoratas. Item cortinas ex serico albo ad summum altare cum hactenus non nisi fuissent ex tela rubea, insuper velum ex eodem serico pro Diacono ad porrigendum calicem, item calicem totum ex argento

deaurato, ampullas pro aqua et vino sibi dono datas a Domino Smity tutore et cognato suo, pelvim item argenteam (quamvis pro ea aliquid argenti habuerit ex ecclesia). Omissi cucullam choralem albam, corporale, bursam pallam altaris, etc. Voluit et potuit dare ornamentum absolutissimum, pulcherrimum, uniforme, quo maxime decoratur noster chorus, et processu temporis procuravit a frequentantibus nostram ecclesiam pro tribus aliis altaribus cortinas et antependia similia, quibus omnibus utimur in praecipuis solemnitatibus anni, fuit beneficium absque exemplo, imo exemplar subsequentium ornamentorum et ecclesiae maxime necessarium. Deus illum gratis et donis suis exornet ac parentibus eius requiem aeternam tribuat ex quorum testamento pro fenestria in ambitu dedit unum ex majoribus candelabris aeneis ante altare anno 1622. Centores et amici conventum laute tractarunt, ut ab ipsis ultra exigi non posset.

Vanis beneficiis poterant animos nostros exhilarare et excitare ad servendum Deo in laetitia, sed ne esset nimis secura et carnalis placuit Deo nos ex alia parte deprimere, ut in aequa libra nos retineret. Nam Norvicius natione Luxemburgensis nullis potuit nec nostrorum nec cognati sui Blanchart socii societatis ~~rehabitationibus~~ induci ad perseverantiam, qui tota vita sua fuerat instabilis de civitate in civitatem commigrando studiorum causa. Et in monasterio cum crebros haberet visitantes patriotas suos, rursus animum subivit affectus patriae et vitae secularis cupis habitum repetiit et resumpsit, non, ut ait Cassianus, conversari cum secularibus est via redeundi in saeculum. Querebat causam recedendi ab amicis

et fratres conturbabat verba minus caute forte prolata ad
 Magistrum conferens; non negabat tamen hanc non esse
 causam sed quasdam internas tentationes et fastidium
 vite religiosae. Huius defectio nos maxime afficiebat tum
 quod quantus esset Novitius qui recederet nullo interim
 professo tum quod multa domui repromississet fore de
 facultatibus suis quae satis ampla erant; ipsius quoque
 miserabamur quem satis fortem et aptum iudicabamus
 ad sustinendum onus Ordinis si devotio et bona voluntas
 adfuisset, et Magister ipsius D. Joannes l'Apostole quodam-
 modo praedixit illi miseriam, in qua nunc jacet, qui saepe
 fit mentis impros et phreneticus et discurrit per sylvas et
 concava montium quandoque nivis repleta uxorem, filios
 et amicos maxime afficiens quos etiam occidere minatur
 vel tentat. Unde apparet Dei vindicta ob relictum religiosum
 statum atque ab eo diffamatum nec est quod incuset nos-
 tram domum quia et in domo Breverensi probavit pro
 converso sicut et in hac post abjectum cucullum. Sed me-
 ruit ab ore Dei eromi vel si fuit mente tam imbecillis
 non erat idoneus Ordini nostro quem, ut dixi, vituperabat
 apud alios religiosos quasi inertem. Sed quid mirum
 a desertoribus calumniari qui non noverunt uti com-
 moditate oblata, et se internis exercitiis ad devotionem
 excitare. In solitudine enim homo vel Deus est vel
 bestia.

In festo Omnium Sanctorum sub matutinis obiit fra-
 ter Henricus Heveloys Donatus huius domus olim brassa-
 tor et coqus in Schuet qui fere 50 annis fideliter
 servivit domui, sepultusque est primus in communi

caniterio magni claustrum multis secularibus adstantibus qui
 frequenter ad templum venerant propter solemnitatem diei, et
 unus quidem Dominus interfuit matutinis et officio Missae
 sed non refectorio neglectus propter distractionem sepulturae
 cuius nomen me fugit. Noster Donatus diligenter frequentabat
 ecclesiam, et inserviebat privatis Missis, obedientiam nullam
 vidi illum habere propter senium, sollicitus erat gallinis
 pabulum praebere et aliquid levioris operis facere velut ligna
 colligere et fasciculos conlicere ad comburendum, ne esset
 otiosus, mortuus est in sede satis sublimi indutus pellicea,
 nec aliter decumbebat ad dormiendum quia utcumque
 corpulentus et obesus erat, finitis matutinis Præ cum conven-
 tu legerunt consuetos psalmos, eadem nocte in agone fuit,
 illi administrata unctio extrema, remansimus cum
 D. Theodoro hic hospite apud corpus et integrum psalterium
 sonora voce perlegimus ante Primam diei, et postea ei
 debite eodem matutino tempore persoluta fuisse.

Carolus Borromeus S. R. E. Cardinalis et archiepiscopus
 Mediolanensis in divorum album relatus est auspiciis
 S. D. N. Pauli V ipsis Calendis Novembris quibus communibus
 solenniis Sanctorum omnium memoriam recolit Ecclesia,
 ut vel tum Ecclesiae triumphanti adscriptus celebraretur
 quando militantis membra illius incolae meritis lau-
 dibus prosequuntur.

Hoc eodem anno ibidem Mediolani interit militie
 hispanice ornamentum, Petrus Henriquez, Comes
 fontium, huius domus benefactor.

Carachia tam In ora Africa ad Oceani litus Carachia ars Mauri.
 Hispanis quam fœnicæ ex adverso Gadum haud procul a Columnis Her-
 navigantibus sem-
 per infesta traditur
 Hispanice regi.

culis sita Hispanis traditur 20 novembris Presentationis Virginis Mauria die sacro. Prope eam arcem latebra est et destuarius maris receptus piratis unde vicina littora infestabant, et in prateruentes naves grassabantur. Loco et fluvio qui illac decurrit in mare Maurora nomen. Lo post 4 annos clavis regia ductore Ludovico Fagiano occupato arcem excitavit, Mauri ad opus disturbandum convenere magno numero sed nostrorum virtute repulsi sunt arci validum presidium impositum.

Mauri ex Hispa Hic annus insignis maxime fuit Mauris ex tota Hispania pul-
 nis pulsi ad sis gente perfida, et quae cum Turcis et Africa Mauris sentiebat
 novis centena et federe facto eos in Hispaniam attrahere conabantur uti
 millia. frequens fama erat. Expulsio hoc anno cepta consequentibus
 etiam tenuit. Innumeri ex Hispania in Galliam et Africam
 abiere.

Excellentissimus Dominus Comes de Sobie natalitia cele-
 bravit apud nos; Matutinis, Missae et Vesperis cum magna
 devotione interfuit decoratus aures vellere, ne quidem ab
 ipso refectorio abfuit, singulisque religiosis vinum et
 ferula de sua mensa jussit ministrari.

Jam nec Patres Societatis, nec mendicantes ad Cartusiam transire, nisi obtenta a Superioribus licentia, possunt transire ad Ordinem Cart. quam licentiam Pater Generalis sibi reservavit; et ratio est sine licentia suorum Superi- quia Patres Societatis gaudent privilegio Carmelitarum ex orum (Bonacina de claus. q. 2, p. 9, § 3, diff. 2, num. 5. privilegio Pii V. Carmelitis autem concessum fuit privilegi- um a Paulo V die tertia Aprilis 1610 ne ad Cartusiam transire valeant sub excommunicationis pena ipso facto. Idem privilegium novissime concessum est ab Urbano VIII Capucinis, ut patet ex ipsius bulla 9 Augusti 1628 ponti- ficatus sui anno sexto, quae incipit: Injuncti nobis Apосто-

muneris ratio postulat, ubi prohibet ne ullus dicti Ordinis religiosus ad lociorem absque licentia Sedis Apostolicae ad Cartusianam vero seu quemcumque alium Ordinem vel congregationem nisi de Abbatibus Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis licentia in scriptis obtenta sub apostasiae et infamiae perpetuae nota nec non excommunicationis ac privationis vocis activae et passivae penis ipso facto incurrendis transire quoque modo audeat aut praesumat. Haec Eligius Bossuet, Capue.

Anno 1611, 12 Januarii, Bruxellis R^{mus} D. Joannes Abundus episcopus Antuerpiensis ex convivio nuptiarum Comitis Hoochstratani cum filia Comitis de Barlaymont reversus sub noctis medium raptus ad tribunal Christi quem tamen propitium invenisse merita in christianam rempublicam bene sperare faciunt.

Idem mensis Januarii vita defunctus est Ill^{mus} et R^{mus} Dominus Georgius ab Attarde episcopus Visensis Alcobatiae abbas sacellanus major regis Catholici praecipuus promotor et benefactor Cartusiae Vallis Misericordiae prope Ulyssipsonensem civitatem, qui praeter multas elemosinas et agros quosdam, quos dedit in loco de Campullia duas fundavit cellas, unam sub invocatione B. V. Mariae Matris Dei, aliam vero B. Petro Apostolorum Principi dedicatam, et pro ambarum fabrica duo millia aureorum largitus est in numerata pecunia, et aureos ducentos de annuis redditibus in perpetuum pro sustentatione duorum monachorum inibi habitantium absque ulla Abbatum obligatione sed tantum ut suis fugiterent

orationibus rogarent pro eo, et pro animabus parentum suorum. Dedit etiam ornamentum sacerdotale et paramenta altaris ex auro et argento textili confecta, calices præterea cum patenis, suam insuper bibliothecam et alia bona ob quæ merito habuit plenum monachatum per totum Ordinem.

D. Joannes Richardus Dampwilleriensis ex Ducatu Luxemburgensi oriundus Magister artium Lovanii sacellanus et magister caerimoniarum in S. Gudula annorum circiter 27 omnibus spectis emolumentis, quæ propter ingenii acumen atque hominis industriam ac doctrinam ab archiepiscopo Neekliniensi promittebantur et sperare habebat Ordinem nostrum ingreditur in hac domo 6 Martii. A pueritia inseruiat gubernatori arcis Namurcensis ubi pater ejus erat miles; permittebatur interim frequentare scholas tantusque illi inerat ardor discendi ut humi sedens legeret ad lumen foci, quem gubernator Dominus Dives et Carve (?) semel pedibus offendens requisivit ab eo quid ibi sterneret, respondit se studere lectionibus ad discendis, quapropter Dominus inquit suis ut in posterum illi candelas subministrarent; puto cum filiis ejusdem Domini prosectum fuisse studia sua; nam parens ipsius qui mihi hæc narravit, nihil sibi constitisse in alendo eum in studiis retulit. Lovanii docuit Rhetoricam, postremo adscriptus fuit familie Domini Philiberti de Mol cantoris S. Gudula nunc decani, qui ei locum fecit inter sacellanos dictæ ecclesiæ et benevolentia huc usque prosequitur.

Vita D. Joannis Richardi in sæculo arte ingressum Ordinis ex ipsius scriptis.

In Luxemburgensi patria in oppido Sanvillers et in municipio Wavil juxta fines Lotharingie ego et parentes mei nati sumus, et in vicinis locis tam ipsi quam majores eorum prædiola habuerunt et coluerunt; nec nisi septimo ætatis meæ anno videlicet 1591 parentes mei suam hæreditatem deseruerunt ob maxima damna quæ dictim illis inferebantur a militibus et prædonibus illam patriam infestantibus. Quo anno primum pater meus militia nomen dedit, cum ad hoc incitante ævo meo materno, qui dux militum fuerat famosus illo nomine Capitain Luveguia, sed præ senio et multis laboribus bellicis fractus missionem a rege obtinuit cum pensione annua in castro Namurcense recipienda. Scias anno 1598 a parentibus me discessisse et cohabitasse generoso nobili Domino ab Yria castri Namurcensis præfecto et totius patriæ Namurcensis vice gubernatori, cum cujus filio humanioribus litteris operam dedi usque ad annum 1602 quo anno simul Lovanium concessimus ubi cursum philosophicum peregi et post promotionem in pædagogio Porci publice Rhetores docui et theologia simul et juris canonici studium delibavi usque ad Julium anni 1607. quo tempore demum Bruxellas veni. Admissus quidem tunc fui in familiam Domini mbol ad D. Gudula canonici non tamen ut ipsi essem a pedibus sed curam sui sacelli et sacre suppellectilis haberem, nam et tunc beneficium ecclesiasticum possidebam. Post aliquot vero menses in D. Gudula magistræ cærimoniarum officium mihi collatum fuit, cum alio officio quod Cantuarium vocant. Istorum pacificus possessor anno 1609 primitias celebravi ipse die s. Joannis Baptistæ. Et ne otio diffluerem in P.L. Augustianorum collegio regentem egi.

Hoc anno obiit Ill^{ma} Dominica Polyxena Grimalda Nicolai prin-
cipis Salernitani filia, mater Marchionis Spinolæ Ducis exercitus
nostrorum archiducum, pro qua nostri habuerunt Missas ce-
lebrare et stipendia solvit sacellanus dicti Marchionis.

Pulsis deiparæ auspiciis a Philippo III Maurorum reliquis
ex universa Hispania instituitur supplicatio in gratiarum
actionem cui tum rex tum regina interfuerunt 23 Martii
in festo Assumptionis.

Circa festa Paschalia curarunt nostri officiales fieri labrum
aeneum in culina valde commodum ad calefaciendam aquam.

In vigilia Ascensionis circa meridiem cum esset magna
siccitas casu fortuito domus quam incolebat hortulanus nostra
urbis indicatum
ad quod magnus
fuit populi
confluxus.

combusta est: fuerit vicinis, ut creditur, deferendo carbones
ignitos e domo reliquit cadere in stramina stabuli, quæ
statim conceperunt ignem, et ipsa domus quæ ex media
parte stremine cooperta erat stabulum intermedium te-
quilis coopertum mansit integrum, in horreo multi currus
pro bellicis expeditionibus custodiebantur, qui simul com-
busti fuerunt: quantum ad nos non ita doluimus, quia
domus erat destruenda ut æqualem in longitudine am-
bitum haberemus, nam extrema pars aquilonaris per-
tingit usque ad interiora istius domus, et forte nostri
officiales rixæ adduci potuissent ut illam propter hoc destru-
erent sed Deus in tribulatione nos dilatauit.

2 Maii et sequentibus in Cartusia celebratum est Capitu-
lum generale.

Obierunt 14 monachi, 23 conversi, 8 Donati; personæ 88.

Hæc Ill^{mus} et R^{mus} D. D. Joannes a Ribera Patriarcha
Antiochenus et archiepiscopus Valentinus Ordinis amicus

et benefactor domus Porta Caeli. Cui R^{mus} D. Andreas a Capella dedicavit meditationes in Evangelia totius anni.

R^{mus} D. Dominicus Martinez archidiaconus et canonicus Urbensis benefactor Scala Caeli.

Perillustris S. D. Didacus Fernandez de Cabrena et Bobadilla Comes de Chincón praepositus domus regis catholici, et supremi Consilii senator ac thesaurarius generalis in regnis Aragonum qui obiit 23 Septembris proximo anni 1609 et habuit monachatum.

Honorabilis Gratia Luzuendo singularis benefactrix domus Vallis Christi, 4 Februarii.

Ordinatio Provinciae

Priori domus Monachorum Brugis non fit misericordia, et donationem monasterii Monialium S. Auberti domus Vallis Gratiae Brugis a suis serenissimis celsitudinibus collatam cum humillima gratiarum actione acceptamus. Quisdam translationem a Patribus Commissariis factam confirmantes facta fuerat translatio anno scilicet 1609, sed quia P. Prior non miserat chartas donationis ad Cartusiam anno praeterito vel quia negotium non erat omnino absolutum, nam, ut diximus, nostri debuerunt priorem domum suam cedere Monialibus Ordinis S. Francisci quam cum inhabitare cepissent pro communitatis accommodatione coeperunt in illa quaedam frangere alia edificare, quibus Prior Ordinis nostri respondit illicitum hoc ipsis esse dicens domum sollemniter ad tempus concessam esse non in perpetuum donatam, et propterea integram et intactam debere reservari, quod illae audientes et scientes petierunt ut cum honestis conditionibus domus illarum integram possessionem devenire posset quod iudicio arbitrium quinque scilicet proborum virorum duobus hinc et duobus

inde et uno intermedio (nunc Brugis episcopo) concessum, ita tamen ut eadem solverent Priori Cartusianorum 1200 florenos quod et factum est ut deinceps plenarie domus istius heredes effectae sint.

D. Raubusius Prior sollicitavit deinceps et obtinuit a S. C. redditus monasterii S. Auberti post mortem et bonalium; et sic lucrum non facturam fecit in commutatione domus praeter commoditatem loci quam posteri auferunt. Non medicis et fere sola facta

Mutatio Vicarii est mutatio in hac domo, verba sunt caetera.

et Procuratoris
in hac domo.

Priori domus Bruxellae non fit misericordia, et D. Joannes Broyer Procurator absolutus ibidem exerceat officium Vicarii. Et D. Joannes l'Apostole ab officio Vicarii absolutus vadat hospitatum ad domum Gandavi, et Fr. Paulus ibidem Conversus vadat ad domum Diestensem.

D. Agidius Plitterswyck Procurator domus sylvae S. Martini revertatur ad domum Bruxellae suae professionis, ibique exerceat idem officium Procuratoris. Et Fr. Jacobus (qui erat in domo Capellae) sub spe melioris emendationis revertatur ad domum Bruxellensem suae professionis. Sors ceciderat super hanc domum.

D. Joannes l'Apostole tempore officii sui multum laboris impendit in corrigendis libris secundum Vulgatam biblicorum editionem correctam a Pontificibus Romanis et receptam ab Ordine, et in aliis rubricis notandis et in officio divino assiduus et diligentissimus ne error committeretur, et contra refractarios constanter se opposebat, ad eum omnes consilii et solatii causa recurrerant, multas recreationes et pitantias Conventui procuravit, libros asceticos libenter legebat et cum saecularibus eum adificatione saepius ac eisdem loquebatur, prout P. Gratianus Carmelita con-

fessarius quorundam S. Cherence in libro Conventui dedicato testatur in genere, frequenter etiam religioni maxime regulares et nonnulli seculares conveniebant ad ejus cellam de rebus spiritualibus locuturi quod tamen non est factum sine obsecratione, et ad objectionem absolutiorum Priorum respondebat se nihil fecisse nisi bona intentione.

D. Joannes Boyer
reemplac. Procuratorum.

D. Joannes Boyer officium Procuratoris exercuit 28 circiter annis, a reddita scilicet civitate cum bona fama probitatis et castitatis, simplex et taciturnus lectioni deditus, unde plurimos libros tempore officii coemit, nunquam equitavit sed villas pedes circumvit, diligentissimus praeterea in frequentando choro a quo nunquam nocte aberat aut serius veniebat nec recedebat nisi ad psalmum laudate in laudibus de tempore, omnia officia defunctorum semper persolvit prout alii monachi, in cantu abbacie totis viribus cantabat ac vocem explenabat totumque chorum sustentabat. Sed quia jam aetas vergebat ad senium rinde donandus visus est superioribus et industria junioris a Conventualibus desiderabatur, et petamus semper melius facere quam alii, et vis est qui non plus aequo sibi indulgeat. [Fr. Paulus multos annos peregrinatus est a domo ad quam non est reversus nisi anno 1626 post mortem Fr. Jacobi, qui locum dedit juniori.]

Priori domus Schence Anglorum non fit misericordia. Et committimus Patribus domorum Valencenarum (scilicet Philippo de Houquelier) et Cornaci ut ad dictam domum accedant, et auditis Conventualium et Conversorum querelis contra P. Priorem factis, justitiam faciant cum plena auctoritate Capituli generalis destituendi et instituendi quoscumque officiales, et casu quo Priorem dictae

1611

domus dignum absoluteione esse. judicent Conventui domus electionem cui præfati Patres Priores præsidebunt.

Nec mirum est si tantum præjudicium Priori fiat, quia in visitatione Commissariorum a biennio vie subsisterat et putabat in proximo Capitulo se absolvendum, vir erat honestus et prudens et dignus tali officio mihi videbatur, sed oportet habere concordiam cum suis Conventualibus quos in Capitulo accusaverat anno 1609 quod non sibi debitam reverentiam exhiberent, nec sibi nimium multum licere putare debent. Absolutus D. Robertus statim defecit, ac brevi mortuus.

Auctæ fuerunt expensæ domus per frequentes visitationes, sed hæc postrema in bonum illis successit; nam sanctum virum elegerunt Vicarium dictæ domus D. Robertum Malloreum et ante scrutinium recitatum Patres Commissarii hæc ad Visitatorem ablegarunt quendam nimis turbulentum, in quo laudandi sunt.

Ordinationes

Ordinationem de sacra lectione habenda a R. Patre jussu S. D. N. Papæ super annum factam cum ceteris aliis ordinationibus simul transmissis confirmamus.

Cum fabrica domus S. Spiritus in civitate Lugdunensi, sumptibus Ordinis a multis annis incepta, et hæc usque imperfecta non possit sine caritativo dicti Ordinis subsidio assurgere, deo munemus et hortamur in Domino omnes Privos domorum, ut cum suorum Conventualium consensu aliquid caritatis ad illius promotionem per aliquot annos libenter exhibeant. eos vero qui dictæ fabricæ suis elemosynis et largitionibus jam pie et laudabiliter faverunt rogamus, ut in hoc sancto de ea bene merendi proposito centuplum a Domino recepturi, perseverent. — Casa Capituli — 39 v.

Petunt pro aliis brevi petitori pro seipsis, ut ordo non sit sine onere.